

V c
2348a



Handwritten scribbles

F

75.



ORATIONES JUBILARES DUA
De

Vc.
2348a

HEROICA
ELECTORUM SAXONIÆ
CONSTANTIA IN RELIGIO-
NE EVANGELICA.

Quarum Prior

FRIDERICO III JOHANNES
& JOHANNES FRIDERICO;

Posterior
De

MAURITIO AUGUSTO,
CHRISTIANO I. CHRISTIANO II.
& JOHANNES GEORGIO

Heroc Constantissimo.

pro

Jubilæa Augustanæ Confessionis festivitæ,
in alma Electorali Witteberga
scriptæ & habitæ

CORNELIO Grull.

ANNO 1630.

Leo X. Pontifex ad Fridericum III. Sax. Electorem.:

Interalia Domus Saxonice ornamenta, proprium illi semper fuit,
quod Religionis esset observantissima.

Prostant Witebergæ, apud hæredes Samuelis Selfischii.

ANNO 1630.

VIRIS

ILLUSTRI, GENEROSIS, MAGNIFICIS,
Nobilissimis, Strenuissimis,

DN. JOACHIMO A LOS /

Dn. Hæreditario in Pilnitz / Schönfeldt
Graupa & Zessen /

Cæs. Maj. Consiliario, Imperiique Romani
Architbesaurario Spectatissimo,

ET

Serenissimi

ELECTORIS SAXONIÆ CONSILII

Secretioris DIRECTORI eminentissimo;

DN. VVOLFGANGO à LUTTICHAU

in Kmelen & Zschornaro /

*Magni ELECTORIS SAXONIÆ Cancellario
& Consiliario gravissimo;*

DN. FRIDERICO Metschen / Toparchæ

in Griesen & Reichenbach / Protosynedrii

Elect. Sax. quod Dresdæ est, Præsidi dignissimo;

*Dominis & Patronis suis magnificentissimis
humilime*

dicat

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

CORNELIUS Crull.





RECTOR
ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS,
AMBROSIUS RHODIVS,
PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ
DOCTOR, ET MATHEMATUM
SUPERIORUM PROFESS. PUBL.

Civibus Academicis S. D.



Vòd si Davidem, Josiam, Josaphatum & alios laude veræ pietatis & zeli in religione erga DEUM sacro in codice celebratos Principes consideremus, & Principum Electorum Friderici III, Johannis, & Johannis Friderici, sanctæ memoriæ, Ducum Saxon. zelum, constantiam, labores, vigilantiam in custodiendo verbi cœlestis deposito, cum ipsis conferamus, non certè minorem apud omnes rectè atqve candidè judicantes laudem obrinebunt. Illi veteris fœderis Reges superstitionem, idolomaniam & falsos Dei cultus delerunt: hi nostri errores pontificios & ἐθελοθησκείας humanas ex provinciis suis quàm longissimè profligarunt. Illi fermèto sanę doctrinę adperso expurgato, puram putam doctrinam θεόπνευστον propagarunt: hi omnes rancidas hæreticorum verbo divino adnexas glossas eradicarunt. Illi incredibilis pietatis laude & lumine clarissimo subditis suis totiq; Ecclesiæ præluxerunt: hi non minùs veræ ac sinceræ in DEUM religionis, devotæ pietatis, & singularis constantiæ exempla præbuerunt universis: quippe qui in tuendâ retinendâq; verbi divini sinceritate præse tulerunt

A

runt

erunt Constantiam admirabilem; & sibi pro aris & focis
quidvis perferendum moriendumque judicarunt: nec
quidquam indignius illustrissimâ domo Saxonica arbi-
trati sunt, quam si, pulsas densissimas Papistarum tenebris,
Lucem purioris doctrinæ in Ecclesiis ac locis ditionum
suarum accensam omni conatu & viribus non amplecte-
rentur atque defenderent. Nimis longum hinc foret nar-
rando persequi, quos illi Heroes magnanimi & incom-
parabiles in mediis quasi periculorum gravissimorum
fluctibus & tempestatibus exantlaverint labores, quibus
cum difficultatibus conflictati fuerint, quæ discrimina
vitæ subierint; dum hoc enixè egerunt, ut ne quâ inno-
vatione à veteri illa religionis Christianæ à B. Luthero,
incredibili cum animorum & voluntatum in fundamen-
to doctrinæ sacrae consensu, tradita atque illustrata sin-
ceritate & integritate recederetur. Quorum vestigia
Successores eorum laudabiliter presserunt, ac premere
Dei beneficio etiamnum strenuè pergunt, adeoque; ut lux
religionis Evangelicæ & orthodoxæ in hisce provinciis
lucidissimo coruscet fulgore. Verum enim verò hæc
& alia longiori verborum anfractu complecti, nostri
jam non est instituti, maximè quum egregiè ac luculen-
ter hoc præstiterit Vir Præstantissimus atque Doctissimus
Dn. CORNELIUS Crull, J. U. Candidatus meritissi-
mus, qui pro pio ac religioso, quod nuper felicissimè au-
spicati sumus, Jubilæo continuando, Discursum eruditum
atque elegantem de HEROICA ELECTORUM SAX.
CONSTANTIA IN RELIGIONE EVANGELICA
concinnavit, eumque; in duas Orationes stilo Historico. O-
ratorio cõtextas dispertivit; quarum alteram de FRIDE-
RICO III. JOHANNE, & JOHANNE FRIDERICO,
SAXON. ELECTORIBUS religiosissimis, crastino die
hora

horâ IX. habebit: alteram verò de D. MAURITIO, AUGUSTO, & cæteris beatissimæ memoriæ Electoribus ad hodiernum Principem ac Dominum nostrum Clementissimum (cui vita, salus & felicitas perpetua!) simul ac primùm occasio dabitur, recitabit. Ipse exercitii hujus eximii autor tum ob pietatis cōstantiam, tum ob morum elegantiam, tum deniq; ob doctrinæ præstantiam omninò dignus est, cujus instituto laudatissimo & piissimo non possumus non suffragari. Agite igitur studiosi juvenes, & tempore præfinito in loco publico exercitationibus hisce destinato frequentes confluite, atqve hoc sive honoris sive officii genere testatum facite, tum quantum CRULLII tribuatis ingenio, tum maximè quo adfectu in Religionem Evangelicam ab Electoribus nostris pietissimis acriter & alacriter defensam & propagatam, sitis animati. P. P. Wittebergæ Dominicâ VII. post Trinitatis. Anno salutis per CHRISTUM recuperatæ. M. DC. XXX.

A 5 Oratio

A. in d. de tur. Imperio pag. 49. Ingeses Compos. 12. q. 72a

de f. ch. lib. 10

Alexander lem di. fortuna. quod vir. sua Ho. m. praco. in bene. Sleid. d.





ORATIO

de,

HEROICA

ELECTORUM SAXONIAE

FRIDERICI, JOHANNIS, ET JOH.

FRIDERICI, CONSTANTIA

in Religione Evangelica.



ECTOR Magnifice, Viri admodum Reverendi, Amplissimi, Consultissimi, Experimentissimi, Excellentissimi, Clarissimi, Vosq; Commilitones Nobilissimi, Praestantissimi, Humanissimi. Officium boni Principis est, non modo regionis, sed & religionis curam habere;

Dan: Otto de jur. publ. cap. 24. p.

Ben. Carpz. de capit. Cas. cap. 2. n. 11.

tom. 8. Jen: Germ. fol. 9.

N. A. anni 1524. 9. Als auch.

Sleid. lib. 3. pag. 64.

Arnif. lib. 2. de I. M. c. 6. n. 15.

de Regn. Boh. lib. 2. c. 16. n. 2.

Et potest ipse Princeps (Constantino teste) in Ecclesia Pontifex, Episcopus & inspector esse. Ut non in scite B. Lutherus Magistratus Politicos dicat: Episcopos in necessitate, Nocht Bischoffe/ quia defendant ministros verbi, & provideant, ut illud pure doceatur. Adeoq; non immerito Illustres Germania Principes & Status, in sacratissimis Imperii constitutionibus, honorifico nomine appellantur: Defensores & protectores fidei, Schützer und Schirmer des Glaubens. Quem titulum specialiter etiam Henricus IIX. Anglia Rex, cum contra Lutherum scriberet, à Pontifice accepit, & successores ejus hodieq; jure quodam hereditario, in meliorem tamen sensum interpretati, usurpant; uti ex titulis eorundem quotidie videre est. Quamvis eos à Catholicis rideri, quòd mutata religione se tamen vocent Defensores fidei scribat, Melchior Goldastus Jctus.

Quapro-

Quapropter beatas terq; quaterq; regiones illas, quibus
divinitus contigit Princeps & Dominus, cui salus populi supre-
ma lex & rursus, Lex Dei suprema salus est.

GERMANIAM communem nostrum omnium patriam hoc no-
mine optimi quique scriptores beatam predicarunt. Quae de pre-
clara multa multorum etiam Pontificum passim reperiuntur elogia.
Inter quos AENEAS Sylvius jam annos ante multos vaticinè qua-
si in hac verba erupit: Adeo magna est, inquit, vestra natio, ut
nulli genti cedat, meritoq; illud affirmari potest; quia de-
est gens tam grandis, quae habeat Deos appropinquantes
sibi, sicut adest Germanico populo Dominus DEUS noster.
Nec dissimili encomio Leo X. & Adrianus VI. Pontifices Maximi
nostram hanc Germaniam condecorarunt; Quorum HIC, Ger-
maniam semper haeresium oppugnatores procreasse, &
primam ferè religionis laudem obrinuisse, populumq;
illum ab omni vel suspicione haeresis alienissimum sem-
per fuisse, scribit. Ille, magnam Germanorum in reli-
gionem observantiam fuisse, & pro ea vitam aliquando
profudisse, & acerrimas dimicationes suscepisse, affirmat.
Et vel hinc cum politicis nostris Politicis, indubitanter con-
cludere liceat: Germanos Imperatores meritissimo jure Christi-
anissimos intitulari posse; Quicquid etiam alii contendunt; Gallia
Regibus hunc titulum peculiariter jure quodam hereditario tri-
butum esse, ut citra eorum injuriam nemo alius Rex illum sibi
vendicare possit.

Taceo Julii Pflugii Naumburgensis Episcopi, & complura
aliorum pro Germania nostra sat locupletissima testimonia. Quae
si de universa Germania vera fuerint, quis de nobilissima Ger-
mania parte, Saxonia nostra, eadem negare ausus fuerit? At
quid opus, ut per generalia haec (quod pauperum & miserorum
esse, J. Cei dicunt) transeamus? Specialissimum sanè pro Saxonia
nostra

Lupol. de Bab.
de Vet. zel. pr.
Germ.
in lib. quo
grav. nat.
Germ diluit.

Sleid. lib. 3.
p. 7.
Sleid. l. 4. in
pr.

Sleid. l. 3. p. 43.

Goldast. Polit.
Imp. p. 11. pag.
596. Carpzov.
de capit. Cas.
c. 2. n. 9.

in Orat. de
ordinand.
Rep. Germ.
p. 15.

V. Ves. Knich.
Arum. Ber-
lich.

nostra suppetit testimonium. Testis nobis adest omni excep-
 ptione major, major cunctis Beati Pauli & Apostolorum dictis
 & epistolis, (his enim Papam derogare posse, Anton. Marian.
 & Carolus Ruinus J Cei scribere non verentur) Leo X. scili-
 cet, Pontifex Romanus, à Joanne Tezelio B. Petro Apostolo e-
 quiparatus.

Hic ad Fridericum III. Saxonie Electorem scribens; Inter
 alia, inquit, Domus Saxonicae ornamenta, proprium illi
 semper fuit, quòd religionis esset, observantissima; Non
 igitur verisimile esse, quenquam ejus familiae sic à suis de-
 generasse majoribus, ut illum quide religionis Christiana
 minus bene sentiat, protegere & patrocinio suo juvare
 velit. Idem iisdem fere verbis non multò post ad Degenar-
 tum Pffesingerum è Friderici consiliariis virum nobilem per-
 scribit. Et postea Campegius, Clementis 7. legatus, in literis ad
 Fridericum datis id ipsum ingeminat.

Sleid. lib. 1.
 p. 16.
 Sleid. lib. 4.
 p. 87.

Quae Pontificalia verba sano & Christiano sensu accepta,
 meritò aurea, aureisq; literis notanda dixerim, veluti, quae non
 obscure innuunt, eam ipsam, quam inde ab elapso seculo & ultra,
 ad hunc usque diem, in Serenissima Saxonie familia admira-
 mur Evangelicae religionis constantiam, nunc quodam-
 modo haereditariam, congenitam & quasi naturalem vi-
 deri. Adeoq; (ut alibi Justinianus loquitur) divina quadam
 providentia constitutam, semper firmam atq; immutabilem
 permansuram; Contra quam nec portæ inferorum hoc est (ut
 in rem suam interpretatur Baronius) Reges & Principes Politi-
 ci (addo & Clerici) unquam prevalebunt.

referente
 Paurm. l. 2. de
 jurisdict. c. 3.
 n. 43.

Fatemur equidem, dolemus etiam, laudatissimos Serenissi-
 simae bujus familiae Majores quosdam, tenebris illis Papatus
 quondam immersos fuisse, duramq; sub jugo Pontificio plus quam
 Aegyptiaco aut Babylonico servitutem servivisse; at cecis ducto-
 ribus seductos & suavi superstitionis fascino miserè correptos &
 deceptos Principes cur non excusabimus.

latè Hopffner.
 in Sax. Evan-
 gel.

Quam-

Quamprimum autem, ex immensa Dei bonitate, iterum venit plenitudo temporis, quo Clementissimus Deus B. Lutherum, ceu tertium Eliam, in hunc mundum misit, cujus ministerio populum suum è tenebris illis Ægyptiacis (ut verbis Lutheri loquar) in clarissimam lucem & solis aspectum jucundissimum educere, cepisset; Prima omnium hæc Serenissima Domus, præ reliquis totius Europæ Regnis, Rebuspublicis & principatibus omnibus, sincero Dei omnipotentis verbo hospitium & receptaculum præbuit tutissimum.

apud Sleidan.
lib. 13. p. 349.

Idque (ut Laurentio Fausto in anatomia Statuæ Danielis visum est) non sine singulari mysterio factum fuit; Cum enim Electoratus Saxonix fertum rutaceum pro insignibus habeat: Et ejus virtutis ac naturæ ruta sit, (teste Plinio) ut ubique locorum ea nascatur, nullum animantis venenosum genus ibi degere possit: Eodem modo, cum Evangelium virus nullum ferre queat, & non nisi mundos amet locos; Illic potissimum doctrinam Papisticam cum Lutherana diutius consistere nequam potuisse, sed ut emarceret, necesse habuisse. Hæc Faustus. Quibus adjicio: Non minus fatale aut singulare videri illud; quod sincera & in terris Saxonis primitus repurgata Evangelii doctrina, in multis celebriorum Historicopoliticorum scriptis, quasi ab autoribus & patria sua, Saxonica religio appelletur, per excellentiam scilicet; Quemadmodum ferè eadem ratione, Augustana, quæ vulgò dicitur Confessio, alius Saxonica confessio nominari consuevit; Eo fortè respectu, quod Elector Sax. ipsius etiam Caroli Cæsaris judicio, in asserenda & defendenda orthodoxa Evangelii doctrina, præcipuus, hoc est, præ reliquis constans & immotus fuerit.

VVolf. tom. 2.

lett. mem.

cent. 16. p. 960.

Sleid. lib. 12.

p. 310. lib. 23.

p. 664. Bod. 4.

de Rep. c. fin. p.

Sleid. lib. 7.

p. 173. in fin.

Sleid. lib. 7.

p. 176. & 178.

Quam sempiternæ laudis & constantiæ gloriam, nobilissimæ huic genti & Serenissimæ Domini Saxonix, ab augustissimis Europæ regnis, Anglia, Dania, Norvvegia, Suecia, B Gotbia,

5
Gothia, plurimisq; aliis Rebus publicis, ultrò delatam, non multis
ab hinc annis quantum nimium elevare, & acerbius insectari
non erubuit Petrus Cutsemius, Coloniensis Presbyter, pecu-
liari quodam scripto, cui titulum fecit: Saxonia Catholica;
quo profitetur, se gloriosam Christianæ fidei confessionem
conscribere, quam ad salutem animarum a viti Augustæ
Domus Saxonica Principes, Reges & Imperatores colu-
erint. Ubi passim aculeata dictoria & scommata in religionem
Lutherano-Evangelicam evomens, disertis verbis, Principes
Saxonica, qui à Romana Ecclesia discessionem fecerunt,
religionem destruxisse, impudenter affirmat. Quibus ca-
lumniis, tamen ne tantillum quidem inmortali Saxonica fa-
milia laudi detractum fuisse, jam pridem ad oculum suis evi-
ditum. Major siquidem Principum horum pietas & con-
stantia semper fuit, quam ut ullius maledicentiâ eludi vel elidi
possit.

De quo etsi verbis non sit opus, cum ipsa rerum testimonia
adsint; Attamen ter maxima illa Serenissimæ Domus Saxo-
nica beneficia, universo terrarum Orbi, cum primis autem Ger-
mania collata, grata mente recolere & humillima animi devo-
tione celebrare, debita pietas, honestas & æquitas omnino jubet
atque efflagitat.

Quæ cogitatio cum antehac sæpius animum meum subi-
ret, maximè tamen circa hoc tempus, quod Serenissimò Saxo-
nicæ Elector, Saxonica religionis protector potentissi-
mus; Dominus noster Clementissimus, sacrum & Jubi-
leum nobis fecit & esse voluit, idem non semel ruminabar; Me-
mor non tam (ut tamen quotidie sum) aliorum beneficiorum,
in hac incluta, & reliquis duabus Saxonica Academiis celeberrimis,
hucusque per octennium & quod excurrit, acceptorum,
quàm quod cruentis hisce temporibus, ubi patria & domus sua
tutissi-

tutissimum cuiq; refugium & receptaculum non amplius præbet, *sacrum velut asyllum & incorruptum animæ pabulum*, sub salutifera illa ruta Saxonica habere hætenus licuerit. Caius in l. 1. ff. de in jus voc.

Debita ergo gratitudinis ut quaecumq; extaret monumentum, cum aliud non esset, pro continuanda Jubilæi nostri festiuitate, quadam pro ingenii tenuitate, hoc in loco dicere constitui. Ubi equidem subvereor, ne forte non nemini actum agere videar, eò quòd hanc in rem, hac ipsa septimana Theologum & Poetam nostrum utrumq; celeberrimum, sat graviter & spaviter dixisse meminimus; At veniam, quisquis fuerit ille censor, dabit indulgentiorem, spero, ubi intellexerit, me cramben jam appositam recoquere noluisse. Jac. Martini. August. Buchner.

Quamobrem pro convenienti orationis argumento seligere volui materiam de Heroica Electorum Saxonix Constantia in Religione Evangelica; factâ narratione inde à FRIDERICO III. ad modernum Serenissimum Electorem JOHANNEM GEORGIUM, Dominum nostrum Clementissimum.

Quia verò materie hujus amplitudo & dignitas non patitur sese angustiorem unius Orationis cancellis circumscribi, ideòq; eandem duabus orationibus absolvere animum induxi. Ita quidem ut hac vice de FRIDERICO Sapiente & Pacifico, JOHANNES Constante & Bono, & JOHANNES FRIDERICO Magnanimo & Invicto, verba facere liceat. Quod dum facio, non pro rei hujus majestate & dignitate, sed pro virili & ingenii tenuitate; Vestram, Auditores honoratissimi, appello gratiam, favorem & benevolentiam.

Equidem tempus illud acceptum, quo Saxonix incluta & Domui huic Serenissimæ salus contigit, incidit ferè in annum millesimum quingentesimum decimum septimum. Qui annus fatalis quodammodo multis fuit visus; Eò quòd nume-

tom. 2. lect.
mem. cent. 16.
pag. 78.

rum ejus literæ & numerales versiculi illius Prophetici (tibi Cherubim & seraphim Incessabili Voce proclamant) exactè representent, adeoque (ut Johannes Wolffius JCrus inquit) admirabile vaticinium de tempore & adventu B. Lutheri apud omnes Christi fideles admiratione & notatu dignum contineant. Ajunt pii viri (inquit ibidem Wolffius) incipiente Luthero contra Papam scribere, tum demum angelos, qui prius conticuisse videbantur, de integro in laudem iterum erupisse; Sepultum enim antea Christi meritum in lucem extulisse & veram hominum fidem in ea sola defigendam instaurasse.

Porro hoc ipsum salutis tempus, quo turbatis piorum animis vera & interna pax & quies primitus fuit restituta, coepit atq; incidit in regimen & tempora FRIDERICI III. Saxonie Septemviri, cognomine Sapientis & Pacifici, Academiae hujus fundatoris munificentissimi.

Neque id sine mysterio: Vaticinium namq; eo tempore circumferebatur ejusmodi: Imperator Fridericus quando adveniet liberabit sanctum sepulchrum Domini. Quia verò (inquit Wolffius) prophetie ita se habent, ut citius impleantur quam intelligantur; simili quoque modo hic accidit: Nam Dux Saxonie FRIDERICUS Elector (sub quo Lutherus Papatum reformare coepit) Francofurti ab Electoribus unanimi consensu in Imperatorem electus fuit, & revera Imperator fuisset, si modo assensum prebuisset; sed propter senectutem Carolum V. voto suo Imperatorem designavit & petiit. Perinde autem Deo est (pergit Wolffius) quam diu quis Caesar sit, modo sit. Idcirco hic Caesar FRIDERICUS, id est ELECTOR SAXONIAE, per predicationem B. Lutheri, sanctum sepulchrum id est, sacram Scripturam (in qua veritas Christi, extincta à Papistis, sepulta jacuit, quam mendicantes

nomen hoc à Germ. Fried/ non à latino foedus (unde quidam Foedewicus scribunt) deducitur. Hortled. disp. 2. de just. Bel. Germ. in corollar.

WVolf. d. l. p. 114. in fin.

santes & Inquisitores hereticae pravitatis custodierant, ne discipuli Christi venirent & auferrent eam) liberavit per ministerium Lutheri, à custodibus monachis & sacrificulis. Atque sic in FRIDERICO vaticinium illud abundè impletum fuit. Hucusq; Wolffius.

Quam FRIDERICI felicitatem, nescio quâ singularis affectus specie, deplorat Cutsenius Coloniensis Presbyter, in sua Catholica Saxonia, ubi de Friderico, post commemorata Ipsius in Imperium merita, erumpit in hæc verba: Sed præ lachrymis quid dicam ulterius? Is est, qui infœlix horum temporum exordium incidit, quibus autore Martino Luthero, tam multiplex religio & cultus Dei introductus est. Sed noli flere, Cutseni, super Fridericum beatissimum Principem, & super pientissimos laudatissimosq; Ejusdem posteros & successores; quin super te ipsum fletu & super filios tuos, quicumq; illi fuerint, seu carnales seu spirituales. Hi sanctissimi Principes hucusq; sibi gratulati sunt de religionis instauratione & cultus Dei atq; superstitionis expurgatione, & hoc tempus illud esse crediderunt, de quo Angelus in Apocalypsi: Exite de Babylone, popule mi.

Quamvis autem initio FRIDERICUS, cum de doctrina Lutheri adhuc anceps esset, non statim Luthero annueret; sed ejus causam segnius tueretur, neq; admodum defenderet; (sicut id nec Lutherus adeo magnopere cupiebat, qui publico scripto testabatur; se nullius principis vel secularis potestatis auxilio vel præsidio, hac in re divina, quam in nomine DEI sit aggressus, indigere; Itaque ne requirere quidem aut implorare auxilium Friderici voluisse, sed, ut in causa divina, divino duntaxat consilio & auxilio niti satius esse existimasse.) Atque etiam Legatis Pontificiis responderet: Sibi nihil cum Lutheri causa commune fuisse, & ne

pag. 189.

adde Hopffn.
in Sax. Evang.
sect. 1. p. 3. c. 3.Ant. Faber
lib. 2. de relig.
reg. c. 5. n. 232.
Dress. mill. 6.
part. 2. in vita
Friderici I. l. 1.Dress. d. l. in
fin.Sleid. lib. 2.
p. 41. & 49.

nunc quidem esse. Audire se quidem Lutheri dogmata valde probari viris doctis & iudicio præditis, verum se nihil pronunciare & illi sua permittere defendenda.

Ant. Fab. d.
lib. 2. cap. 5.
n. 232.

Idq̄, sanè prudentissimum FRIDERICI consilium erat; Nec enim exigui momenti rem esse arbitrabatur: Eum hominem defendere, qui Romana Ecclesia bellum indixisset, ex qua tunc omnes Reges Christiani pendebant; Nec parum interesse salutis communis iudicabat, eam causam deserere, quam tanta multitudo doctorum & piorum hominum consecratur.

Dress. d. l.

Interim tamen FRIDERICUS cursum illius doctrinae, quem divinitus gubernari perspiciebat, impedire noluit; sed hospitium & patrocinium Luthero & ejus sociis tribuebat, ut abusus & errores horrendos, qui in Ecclesiam invec̄ti erant, corrigere, & lucem veritatis, secundum verbum Dei restituere possent. Ideoq̄, initio statim, et si nullum Lutheri scriptum legisset, nec conciones audisset, morem tamen Pontificiis omnino non gerebat, & ne qua vis Luthero sociisq̄, fieret diligenter cavebat. Scilicet occulto & divino quasi motu jamdum agebatur Princeps pientissimus.

Sleid. l. 1. p. 15.

Sleid. l. 1. p. 8.

Hinc Luthero à Pontifice citato & Romam evocato, sedulo Cajetanum Lutheri nomine interpellabat, eoq̄, rem deducebat, ut solutus necessitate proficiscendi Romam Lutherus, Augustam evocaretur, apud Cajetanum dicturus causam. Sic cum Cajetanus literis ad FRIDERICUM datis instaret, ut Lutherum aut Romam mitteret, aut finibus ejiceret. FRIDERICUS inter alia multa pro Luthero adducta tandem respondet:

Sleid. lib. 1.
p. 13. & 14.

Sleid. d. l. p. 14.

Quod etiam à se petat, ut Lutherus vel Romæ sistatur vel è finibus exterminetur, id sibi non esse integrum. Primò quòd illius error nondum sit demonstratus, deinde, quòd maxima sit illud futurum Academiae Wittebergenfi à se



à se constitutæ jactura, quæ & multis ornata sit doctis
atque studiosis hominibus, & Lutherum, ut hominem
de se bene meritum, maxima complectatur benevolen-
tia. *Et post pauca sic pergit FRIDERICUS: Quemad-*
modum sciens & intelligens nullum errorem approbare,
& sicut invitus admodum ab Ecclesiæ Romanæ obser-
vantia discedere velit, ita quoque se non posse Luthe-
rum, nisi detecto primùm errore atque crimine da-
mnare.

Talem tum temporis à Friderico Cajetanus Cardinalis
ferebat responsionem; Nec aliam Carolus Miltitius à Pontifice in
Germaniam missus, cum aurea sua rosa, quam Pontificis no-
mine Friderico offerebat, reportavit. Neque dissimile respon-
sum accipiebant Valentinus Ditlebius; itemq; Martinus Cu-
racciolus & Hieronymus Aleander, Legati Pontificii, qui de duo-
bus Fridericum sollicitabant; Primò ut Lutheri libros o-
mines exuri juberet; deinde ut illum vel capite plecteret,
vel custodia datum Pontifici sisteret.

Atq; in ea sententia temporis progressu, magis magisq; firma-
tus fuit Fridericus, non tam quòd ipse veritatis amans, pru-
dens, à temerariis judiciis alienissimus, eaq; fide & in re-
ligionem observantia esset, ut si vera fuissent, quæ de Lu-
thero ab adversariis delata erant, non passurus fuisset,
suam provinciam ad eum modum contaminari. (quem-
admodum tale de Friderico, hujus Wittebergensis Academiæ
& B. Lutheri judicium à Sleidano relatum est) sed quòd de ea
constantia tenenda moneretur & muniretur sæpè etiam ab iis,
qui magis adversariorum castra sequi vulgò credebantur; In-
ter quos erat ter maximus Imperator Maximilianus I. qui
(quòd Luthero admodum faveret & benè cuperet) jussit De-
genbartum Pffessingerum, Friderici Legatum, hoc mandati
referre:

Sleid. p. 16.
lib. 1. VVolf.
tom. 2. lect.
mem. p. 76.

Sleid. lib. 2.
p. 41, 42, 48.
94.

Sleid. lib. 1.
p. 3. & 8.
Sleid. l. 3. p. 63.

VVolf. tom. 2.
lect. mem.
p. 114.

referre: Ut hunc monachum tutaretur, ac bene haberet & tractaret; Iplis enim brevi ejus operam valde necessariam esse futuram, contra injurias & conatus Romanensium. *Legerat enim Imperator Lutheri disputationem contra venditorem indulgentiarum Tezelium.* Simili planè modo Fridericus ab Erasmo Roterodamo homine Pontificio per literas monitus erat. Prodiere nuper, inquit Erasmus, lucubrationes aliquot M. Lutheri, simulq; rumor allatus est, hominem supra modum gravari autoritate Reverendissimi Cardinalis Sancti Sixti &c. *Et paulò post idem Erasmus:* Lutherus (*inquit*) mihi tam ignotus est quam cui ignotissimus, ut suspectus esse non queam quasi faveam amico. Hujus lucubrationes nec tueri meum, nec improbare, ut quas hactenus non legerim nisi carptim. Certè vitam hominis, nemo qui novit, non probat, quæ cum longissimè absit ab omni suspicione avaritiæ atque ambitionis; Et morum innocentia vel apud Ethnicos favorem invenit; Quàm non congruit mansuetudini Theologicæ, protinus ac ne perlecto quidem libro tam immaniter debachari in nomen ac famam probi viri: idque apud imperitam plebeculam, quæ prorsus caret judicio. Præsertim cum ille disputando proposuerit, cum omnium judicio se submiserit, quorum non oportuit. Nemo monuit, nemo docuit, nemo revicit. Tantùm vociferantur hæreticum, seditiosis clamoribus ad lapides provocant. Dicat eos sitire sanguinem humanum, non salutem animarum. Quò invisius est hæreseos nomen auribus Christianis; hoc minùs committendum est, ut temerè in quemquam impingatur. Non statim quivis error hæresis est. Neque protinus hæreticum est quicquid huic aut illi displicet. Neq; semper fidei negotium agunt, qui prætexunt hujus-

VVolf. d. l.
p. 147. & 148.
Steid. lib. 1.
p. 28.

dr. q. h. 12
lib. 1. c. 12
lib. 1. c. 12
lib. 1. c. 12

lib. 1. c. 12
lib. 1. c. 12

lib. 1. c. 12
lib. 1. c. 12

hujusmodi splendidos titulos. Imò pleriq; suum agunt negotium, vel quæstui suo consulentes, vel Tyrannidi. Quin præcipiti lædendi studio sæpè criminantur in alio quod ipsi domi probant. Nunc quidem nova comminiscuntur fundamenta (sic enim vocant) hoc est, novas leges condunt, per quas docent: hæreticum esse quicquid non placet &c. *Denique in fine Epistola subjicit Erasmus:* Hæc, Illustrissime Dux, eò scribo liberius, quò minùs ad me pertinet causa Lutherana: Cæterùm ut Tuæ celsitudinis est, Christianam religionem pietate tuâ protegere; ita Prudentiæ est, non committere, ut quisquam innocens, Te Justitiæ præside, sub prætextu pietatis aliquorum impietati dedatur: Quid istic (Romæ) de Luthero sentiant, nescio. Certè hîc video, libros ipsius ab optimis quibusque cupidissimè legi.

Hactenus Erasmus; Cui Elector inter alia sic respondit. VVolf. d. l. pag. 149.
Non damnari ab eruditis causam Lutheranam, & D. Martini lucubrationes ab optimis quibusque istic cupidissimè legi, lætamur. Eoq; magis, quòd plerique hominum & eruditorum in nostris quoque Regionibus & Provinciis nedum externis, hominis tam vitam & mores, quàm eruditionem miro consensu laudant. Quod enim hætenus in Saxonibus nostris degit, non tam homini quàm causæ dedimus, nihil minus unquam conati, quàm ut dignos præmiis pœna premeret. Neque, DEO omnipotente juvante, commitemus, ut nostrâ culpâ innocens quispiam suæ quærentium impietati dedatur &c.

Hac sapientissima Friderici responsio digna sanè est, quæ omnium Christianorum principum oculis præfixa, animisq; infixæ hæreat. Sed neque hæc Ipsius verba sine effectu

Edictum VVor-
matienſe ex-
tat integrum
apud Goldaſt.
tom. 1. & 2.
Conſtit.
VVolff. d. l.
p. 778.

effectu planè erant; Nam cum anno 1521. Wormatiæ Luthe-
rus cum omnibus ſuis fautoribus & receptatoribus à Carolo Cæ-
ſare proſcriberetur; Fridericus Princeps, è nobilitate nonnul-
lis, quorum fidè compertam habebat, negotium dabat, ut in lo-
cum quendam ſecretiorem & ab hominum frequentia remotum
(erat autem caſtrum Wartburgum ſeu Warteberga non pro-
cul ab Eysenaco) deducerent Lutherum, vitandi periculi cau-
ſâ, ut ibi tumultuante paſſim & rugiente Leone delite-
ſcerent, quod quidem ſumma diligentia fuit & taciturnitate
adminiſtratum.

Gerhard. de
Magiſt. pol. 9.
p. 78.

Ex quib. omnib. de ſingulari Friderici erga Lutherum, piumq;
illius inſtitutum affectu ſatis ſuperq; conſtat. Taceo ſtudium hu-
jus Principis in evolvendis Lutheri ſcriptis ardentiffimum; ubi
cum aliquando incidiffet in illud de Magiſtratu, (quod extat in
ſecundo tomo operum Lutheri) præ lætitiâ exultans ſub-
latis in cœlum manibus Deo gratias egit, quòd ex ſacris literis
jam cognitum habeat, ſe conſtitutum eſſe in ejuſmodi ſtatu ac
ordine, qui DEUM autorem habeat, & in quo bona conſcientiâ
verſari DEOq; placere poſſit.

Noribergæ an.
1522. VVolff. d.
tom. 2. p. 200.
impr. Hortled.
de cauſ. bel.
Germ. lib. 1.
c. 1. n. 27.
Sleid. lib. 4.
p. 88.

Atque hunc ipſum Friderici in ſinceram verbi divini do-
ctrinam amorem & conſtantiam, non univerſi Imperii Princi-
pes & Ordines (qui ſe pro virili id tentaturos Legato Pontificio
promittebant) Non Angliæ Rex Henricus, qui literis ad Fride-
ricum ejuſq; fratrem Joannem & Georgium patruelem Saxo-
niæ duces, datis de Luthero conqueſtus, graviter debortabatur;
ne ipſi indulgeant, neve permittant, ut Novum Teſtamentum
populari lingua divulgat; Non denique frequentes Pontificum,
Leonis X. Adriani 6. Clementis 7. interpellationes & ſollicita-
tiones, vel minimum turbare, mutare, aut evellere valuerunt
ſci: potuerunt.

Omnia

Omnia tamen hæc non cæco quodam aut temerario impetu, sed reprius cum doctissimis quibusq; deliberata, piè tandem *Fab. lib. de rel. reg. c. 5. n. 232.* aggressus fuit. Unicum ejus rei exemplum (quod instar omnium est) de Missa primitus hic *Witebergæ* intermissa & abrogata afferre placet: *Lutherus* in *Patmo* sive eremo sua delitescens, inter alia varia opuscula, etiam de *Missâ privata* abroganda, *Sleid. lib. 3.* libellum emittit, quem fratribus suis *Augustinianis* inscribit, p. 62. & ad fortitudinem & constantiam eos hortatur, simulq; persuadet, ut ritum *Missarum Witebergæ* planè abrogent & intermittant; Quo cognito, *Fridericus* admodum sollicitus, ne turbas ea res, ac majorem aliquem motum excitaret, totius *Academiae* sententiam exquiri & ad se referri jubet; *Academia* *Sleid. d. l.* quatuor ad eam rem deligebat, *Justum Jonam*, *Philippum* p. 63. *Melanchthonem*, *Nicolaum Amstorffium*, *Johannem Dolscium*: Hi cum *Augustinianis* collocti, quid ipsorum esset propositi, renunciant, & simul, quanta *Cœna Domini* fieret injuria, demonstrant: Itaq; Principem orant, ut tantam impietatem, non uno solum in templo, sed omnibus in locis aboleat, & verè usum *Cœnae*, juxta *Christi* mandatum & morem *Apostolorum* instituat, & adversariorum contumelias omnes fortiter contemnat; ut hoc presentissimum *Dei* donum, quo præcipuè sit ornatus, propter excitatam in ipsius populo *Evangelii* lucem, reverenter agnoscat. *Sleid. d. l.*

Adeâ FRIDERICUS: nihil omnino se, quod ad pietatem pertineat, prætermisurum: Sed quoniam res admodum sit ardua, sibi videri, non esse properandum, & per ipsos, qui pauci admodum sint, vix aliquid posse perfici. Quòd si scripturæ testimoniis causa nitatur, fore ut complures accedant, & tunc mutationem illam, quæ pia videbitur atque necessaria, multò posse commodiùs fieri; Se, qui scripturæ sit imperitus, ignorare,

C 2 quando

quando ritus ille missarum usitatus, quem ipsi damnent, sit introductus, & quando ille, quem Apostoli dicuntur observasse, in desuetudinem venerit. Pleraq; omnia templa & Ecclesiasticorum collegia esse propter Missas instituta, maximis ad eam rem collatis facultatibus; quod si nunc aboleatur Missa, fore ut possessoribus auferantur ea bona, quæ Missarum nomine donata sint olim: *Quanta verò sit ex eo futura perturbatio, quem vis intelligere: Et quoniam ad se totam actionem rejecerint, suum esse consilium, ut cum reliquis Academiae viris bonis atq; doctis re cōmunicata, negotium moderatè tractent & rationes excogitēt, ad pietatem & tranquillitatē retinendam idoneas.*

Hæc & alia sapientissima Friderici consilia, plus satis testatum faciūt, quanta cum pietate & circumspectione arduum hoc reformationis negotium suscipere voluerit. Ut prorsus immeritò ab HENRICO Duce Brunsvicensi incusatus videatur, ac si odio Alberti Moguntini, cui Magdeburgensem Archiepiscopatum invidisset, hanc excitasset religionis tragœdiam. Cui tamen tum temporis sufficiēter Lutherus respondit. Sed necdum hodie maledicere cessat Cutsenius in sua Catholica Saxonia, ubi præter alios virulenta lingua aculeos, FRIDERICUM apostasie & obstinationis redarguit; quòd scil. Papæ Leoni X. singularis benevolentia causa cum aureâ rosâ donanti, & tot admonitionibus in avità fide Apostolica retinere volēti, inobediens fuerit, facetiis Lutheri inescatus & deceptus. Quòd etiā Johannem fratrem & Henricum patruelem eorumq; filios ac nepotes, suo exemplo, tanquam fune, omnes post se traxerit. Quæ omnia & alia plurima Serenissimo Electori nostro, nunc feliciter regnanti, quasi in faciem Cutsenius importunè nimis oggerit; Quam verò illa responsionem mereantur, videre poterit ad nudum, qui volet, apud Rev. Dn. D. Henr. Hopffnerum, in Evangelica Saxonia, quam speciali Sereniss. Electoris mādato, Cutsenio opposuit; eaq; (ut loquitur Rever. Dn. D. Hoe) non calcem & fimbriam, sed ipsam jugulū Adversarii Pōtificii petiit. Et Gratulatur sibi Elector noster, de tam heroico Friderici III. & Henrici abavi exemplo, eoq; tanquā fune, se ad veritatem, prælucente verbi divini lucerna, cum suis decessoribus tractum esse, libenter fatetur; Quanti etiam Ipsius Serenitas, laudatum Fridericum Electorem faciat, atq; ab omnibus suis fieri semper velit, satis superq; demonstravit, numismate illo tempore prioris Jubilei Lutherano-Evangelici cuso, quod ex una parte Friderici III.

ex

Sleid. lib. 13.
p. 347.

Sleid. d. l.

Cutsenius d. l.
p. 189.

Cutsenius d. l.
pag. 190.

Section. 1. part.
3. c. 3. & c. 5.
in epistola ad
Hopffnerum
dicto operi
præfixa.

Hopff. d. l. c. 5.
p. 179. in fin.

ex altera Suxæ Serenitatis imaginem referebat, cum inscriptione ista:

SECULUM LUTHERANUM.

VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM.

Quod igitur Dux Brunsvicensis paulò acerbiùs olim dicebat: Impulsu Fri- *Steid. lib. 13.*
derici principis Lutherum hanc excitasse religionis tragœdiam; *Id nos p. 347.*
dextrè accipientes, Cœlestem illum pacis Ducem rogamus, ut cœptam
hanc tragœdiam optatissimo progressu & læta catastrophè in nostrum omni-
um salutem beare ac dirigere velit.

Interim omnium verè Christianorum est, tantum FRIDERICI beneficium
gratâ mente recolere & serè posteritati, si qua futura est, annunciare; Cum-
primis verò tuum hoc est, O WITTEBERGA, Mons Sion altissimi. Tibi
namq; præter infinita beneficia alia, soli æternum hoc honoris & gloriæ decus
proprium esse voluit Princeps tuus FRIDERICUS; ut Mater & Metro-
polis omnium Ecclesiarum Evangelicarum per omnem Christianum or-
bem celebranda esses; Cujus illustris prærogativæ inter alia, hoc videtur in-
signe longè maximum: quod in monte hoc sancto Fridericus constitutus
voluerit Episcopalem sedem sive generalem, ut loquuntur, Superinten- *Lud. Persons*
dentiam, ac omnium in Electoratu Saxonie Ecclesiarum inspectionem, quæ *Orat. de*
superioribus temporibus Episcopo Brandenburgensi maxima ex parte subje- *Viteberga.*
ctæ erant. Huic ergò, FRIDERICO primas post Deum Clementissimum
debemus gratias, quod Ipsius solius beneficio puras ab idololatricis hominum
cultibus manus ad hunc usq; diem levare nobis liceat. Totum hoc, FRIDE-
RICE, quantumcunq; est, quod certè maximum est, totum, inquam, est tuum.
Merito TIBI hodieq; WITTEBERGA tua occinat Melanthonis illud:

Et pacis studiis florere, ac artibus urbes.

Contigit auspicio, Dux Friderice, tuo.

Fovisti speret hac tempestate Camenas,

Unicus & studiis premia digna dabas,

Namq; tuo sumptu flavum schola condita ad Albim est,

Ut vita verum traderet illa modum,

Hic Evangelii primum doctrina renata,

Detergo cepit pura nitere situ,

Induit hic veros vultus, iterumq; colorem

Accepit tandem Relligio ipsa suum.

Epitaphium
Friderici
quod extat
integrum
apud Chyt.
Sax. lib. II.
& Dress.
Chron. Sax.
p. 527.

Et cum Germani sumpserint arma tyranni,
 Contra Evangelium sanctaq; jussa Dei:
 Doctores tibi cura fidos defendere soli,
 Et late Christi spargere dogma fuit.
 His tibi pro meritis grata praeconia voce,
 Posteritas omnis virq; puerq; canent.
 Nulla tuas unquam virtutes nesciat aetas,
 Non jus in laudes mors habet atratuas.

Mortuus FRIDERICUS, non relictis liberis, (nam in caelibatu vixerat) regionis & religionis suae heredem & successorem habuit JOHANNEM, fratrem germanum, Principem nunquam satis laudatum, & Saxonicae in religione Constantiae verum & vivum quasi speculum. Cujus cognomen, quid quantumq; Ipse in religionis negotio praestiterit, satis superq; evincit. CONSTANS dictus est, quod fuerit veritatis Evangelicae confessor, assertor & defensor constantissimus, nulla cuiuscumq; periculi magnitudine deterritus.

Initio principatus sui statim quoscumq; sectarios finibus suis excedere serio mandavit. Hos inter Thomas Muncerus & Andreas Carolostadius tunc temporis facile antesignani erant: Quorum ille cum factiosa & rustica sua plebecula, Principe nostro ultore, poenas dedit meritissimas; In cujus seditiosa multitudinis memoriam seu detestationem (quod scilicet rustici illi in vexillis suis depictam haberent rotam) nobis hodieq; in proverbium abiit illud (Das ist der rechte Kädlinführer) quo ipso insigniores scelerum & seditionum autores designare solemus. Hic (Carolostadium intelligo) Iconomachus & Muncero aliisq; clandestinis illis doctoribus, qui visiones & colloquia cum Deo simulabant, admodum familiaris, Saxoniae finibus quoq; ejectus fuerat.

Praedictis hisce sectariis cum illo tempore supervenisset
 Ulrichus

Sleid. lib. 2.
 in pr.

Limenaeus lib.
 2. de jur. publ.
 c. 9. n. 146.

Sleid. lib. 5.
 p. 128. & 129.
 Sleid. d. p. 129.

Ulrichus Zuinglius Ecclesie Tigurinae minister, à Luthero in articulo de Cœna Domini diversum docens; Joannes Elector cum Landgravio, huic malo cum primis remedium adhiberi optabat Marpurgi anno 1529. indicto hujus rei causâ Theologorum conventu; Sed quia hæc opera omnis perdita esset, (uti futurum B. Lutherus in epistola ad Landgravium data prædixerat) nec Cingliani, quod longius in hac causa progressi essent, gradum facile revocare possent, nec ab opinione discedere velent (referente Philippo in actis cum Cinglianis) Ibi statim Elector nihil cum iisdem amplius commune habuit. Eoq; magis dolenter ferebat, quod ex Guilielmi Nassovii & Guilielmi Nevvenarii Comitum, apud ipsum de religionis conciliatione jussu Cæsaris intercedentium, relatione intelligeret: Cæsari persuasum esse, ac si Zuinglii doctrinam ipse quoque probaret. Quibus graviter respondebat: Cujusmodi sit doctrinæ genus, & quid suæ ditionis Ecclesiæ ministri doceant, ex Augustana confessione satis esse notum; sed & hoc constare: Quum esset in Comitibus Augustæ, nullum sibi fuisse cum iis, qui Zvingliani vulgò putantur, commercium; sed ne postea quidem, donec sententiam illi suam explanassent: Eiusdem se nunc esse propositi, & quam sit Augustæ professus doctrinam, in ea se beneficio DEI permanurum esse ad extremum usque spiritum, & orare; ut apud Cæsarem hoc nomine sese purgent.

En sinceram JOHANNIS Electoris confessionem, quam adeò etiam factò ipso jam ante probârat, cum Helvetiis Civitatibus, ut, in fœdus Smalcaldicum reciperentur, cupientibus, per Legatum responderet: Non licere sibi cum ipsis, quoniam de Cœna Domini diversum sequantur dogma, societatem ullam coire: non se quidem latere, quanti sit illarum conjunctio, propter vires & potentiam, sed eò sibi minimè

Sleidan. lib. 6.
in fin.

extat in actis
cum Cingli-
anis apud
Chytra, in bi-
stor. August.
Conf. p. 637.

Sleid. lib. 8.
p. 200.

Sleid. d. 1.
pag. 201.

Sleid. lib. 8.
p. 199.

minimè respiciendum, ne tristis inde sequatur exitus, quod iis accidisse Scriptura testatur, qui muniendi sui causâ, cujusq; modi præsidiiis usi fuissent. *En conscientiosum Principem: longè majorem sine dubio conscientia rationem habentem, atque* Salisburgensis ille Episcopus, qui in Comitibus Augustanis, ex Philippo Melancthone (quem ad privatum colloquium vocaverat & in secundam horam noctis secum detinuerat) *audito vocabulo (Conscientia) dixerat: was Conscientz / der Kayser wird conturbationẽ publicam nicht leiden. Quam vocem Episcopo (cujus cum primis erat, conscientiarum & animarum pastorem esse) non satis dignam, olim Cyclopicam appellavit Reverendus admodum Theologus D. Joh. Olearius.*

vid. epistolam Justi Jona ad Lutherum apud Chytra. in histor. Aug. Confess.

Porro nec minori zelo contra Pontificum & Pontificiorum fulmina tonitruaq; pro sincera Evangelica veritate stetit Electorum constantissimus. Et primò quidem, cum in Comitibus Spirensibus, anno 1526. per legatos Caesaris expositum esset: Cæsarem imprimis velle atque mandare, ut Ordines communi consilio decernant, quomodo Edictum Cæsaris Wormatiense ab omnibus fervetur, & in executionem veniat, & qua ratione multandi, qui contrà faciant. Ibi Elector ea periculi magnitudine nequicquam commotus, de contrario defensionis fœdere cum sociis deliberare cœpit. Tertio post anno, nempe 1529. ubi denuò in conventu Spirensi a Pontificis contra Principes & Status, Evangelicos decretum esset; rursus Elector se cum sociis eidem opponit, solennissimè contra id protestatus, se ei nec assentiri nec obligari velle. Quae ipsa protestatione occasionem & originem dedit nomini Protestantium, quod non solum in Germania, sed apud exterar quoque gentes, quæ certatim id assumpserunt, per vulgatum est atque celebre. Pro quo antea nomen Evangelicorum à nostratibus erat usurpatum; scilicet, quod nullam legem

Sleid. l. 6. p. 136.

Sleid. lib. 6. pag. 139.

R. A. an. 1529. s. vnd nach dem cū seqq. Hortled. lib. 1. de caus. bel. Germ. c. 4. & 5. Thuan. lib. 1. p. 26. f. Sleid. lib. 6. p. 160. Goldastus rom. 3. Const. p. 405. in not.

Regem recipiendam dicerent, quæ ad salutem animarum perti-
 neat, nisi quam Christus aut Apostoli dedissent. Vel (ut alii cla-
 rius dicunt) quòd doctrina nostra sit Evangelica, hoc est, præter
 omne dogma Christianum ad fidem & cultum necessarium, im-
 primis articulum de gratuita remissione peccatorum &
 hominis miseri coram Deo justificatione & salvatione,
 purissimè tradat. Atque sic appellatio hæc ad discernen-
 dam religionem nostram à Pontificia, quæ hominem
 propter opera salvari dicit, inserviat. Eoq; nomine hodieq;
 rectè utimur, & in Camera Imperiali, coipso nostra fidei homi-
 nes appellare tenentur Catholici. Quamvis id nobis maxime
 invidiant Cursemius, & novissimè Dillingenses. Cui illi
 Catholici, qui sibi suaviter Catholicorum titulo abblancien-
 ses, non sine injuria nostrates Acatholicos appellitant; illique
 adeò delicati, ut indignentur & dicam scribant iis, qui quandoq;
 ipsos cum additamento Romano-Catholicos Römische Ca-
 tholische nominaverint. Quam otiosam & ventosam titulo-
 rum & verborum litem nunc non facio meam, sed cum Dilli-
 gensibus Cursemium committo, qui fidem Pontificiam ipse-
 met vocat Religionem Catholicam Romanam; Ita scilicet,
 (quod jam olim Erasmus monebat,) hodieq; practicari videmus:
 Præcipiti, inquit, lædendi studio sæpe criminantur in alio,
 quod ipsi domi probant. Sed his relictis, redeo unde digres-
 sus eram.

Et quanquam hæctenus dicta sufficere possent, ad demon-
 strandam Electoris singularem in fide constantiam, tamen
 multò majora Illius hac in re specimina supersunt, Augustana
 Comititia, anni 1530. celeberrima illa & magna (quæ à B. Lu-
 thero, ultima ante diem extremum tuba appellabantur)
 quorum hoc tempore centesimum natalem Dei beneficio felici-
 ter celebramus, trux habebant exordium, medium trucu-

D

lentius,

Bucholz. ad
an. 1517. Poly-
dor. Verg. de
rer. inventor
lib. 8. c. 4.

Hopffn. in Ev-
ang. Sax. sect.
1. part. 1 c. 3.

in Sax. Cath.
p. 189. in tr. d.
Compos. pac.
quest. 70.

d. tract. q. æst.
70. n. 98.

in Sax. Cathol.
p. 156.

supr. in Episto-
la ad Frideri-
cum III.

apud Chytra.
in hist. Aug.
Conf. p. 110.

*Chytra. in hi-
stor. A. C. p. 75.*

*Chyt. d. l.
p. 150.*

Ientius, & truculentissimum denique sortiebantur exitum. Philippus Melanthon ab Episcopo Salisburgensi ad privatum colloquium accersitus, ab eoque reversus, ad Justum Jonam, Nihil (inquit) audiivi nisi extremas minas & tantum non sententiam capitalem. Quod ita futurum jam ante predixerat B. Lutherus, ad Theologos cum Electore ad comitia profectos scribens: Credo (inquit) jam vos habere responsum adversariorum, quod expectari à vobis scribitis; scilicet: Patres, Patres, Patres; Ecclesiam, Ecclesiam, Ecclesiam; usus, consuetudo, Audituri estis, præterea è scripturis nihil; sequentur minæ & jactantiæ usque in cœlum & infernum; Dominus autem dabit vobis Os & sapientiam. Hæc B. Lutherus.

*Sleid. lib. 7.
p. 168.*

*Chytra. d. l.
p. 26. & 31.*

*Chytra. d. l.
p. 37. & seq.*

*VVolf. tom. 2.
lect. mem.*

p. 337.

*VVolf. d. l.
Chy. l. i. d. l.*

*VVolf. d. l.
p. 338.*

At omnibus hisce minis & malis Elector ne latum quidem unguem à sententia dimovebatur; sed contra audentius ibat. Augustam primus omnium veniens, à multis piis rogatus, Theologos suos publicis in templis concionari permittebat; Ibimox à Casare adhuc absente per literas monitus erat, ut conciones intermitteret; Verùm ille, quod salva conscientia assentiri non posset, Casari respondebat. Sed quid! Casar postea Augustam veniens sub vesperam, è vestigio per Ferdinandum Regem, Electori caterisque Protestantibus severè mandat, ut conciones primo quoque tempore abrogent, dein, ut postridie, quo festum corporis Christi celebrandum esset, & Cas. Maj. pompam processionis per urbem ducere in animo haberet, ipsi quoque eidem processioni intersint. Ad ea Elector cum sociis per Georgium Brandenburgicum respondet: se hisce postulatis bona conscientia assentiri non posse, Ideoque reverenter petere ne Cæs. M. conscientias illorum oneret ac prægravet; Tum Ferdinando omnes preces irritas & nihil momenti apud Cæs. M. habituras dicente; Georgius Marchio pio zelo

excant.

excandescens, & animo constanti manum collo admoventes, inter cetera dixit: malle se flexis genibus coram Cæsare. M. Spiculatore cervicem feriendam præbere, quam Deum & S. S. ipsius Evangelium abnegare. Qua voce audita, Imperator placidissime respondit: Nicht Kopff ab / nicht kopff ab; non hoc agi, ut vita cuiquam eripiatur, sed ut conciones abrogentur, Maj. suam serio flagitare. Sed nondum acquiescebat Elector, ita ut disceptatio ea in multam noctem ad XI. usque horam protracta & postridie à sexta matutina ad usque 10. horam continuata fuerit. Cesare verò nihil de proposito remittente, intercedentibus etiam quibusdam Catholicorum Principum apud Electorem, ut ea in re gratificaretur Cæs. Maj. & maxime, quòd Cæs. Maj. utriusq; partis concionatoribus silentium imposuisset. Sic tandem Elector requisito super hoc Lutheri consilio, concionibus publice intermittendis acquievit; ast processioni interesse noluit.

Lutheri rationes, cur pro tempore obediendum Magistratui, sequentes erant: 1. Quia Imperator utriq; prohibens, alteri non faciat præjudicium. 2. quia polliceatur se velle audire causam. 3. Majus bonum præferatur minori, quia si cognitio causæ per hanc pertinaciam impediretur, quid accideret? 4. quia sumus vocati ad dicendam causam & ad rationem reddendam doctrinæ, non ad præjudicandum. 5. quia non sumus parochi Augustanorum. 6. Quia Cæsar est noster Dominus, Augusta ipsi subjecta, sicut Celsi. V. in oppido Torga, ut in propria urbe, aliquid intermitti petenti aut mandanti resistendum non est. Ita pie & prudenter B. Lutherus.

Totam autem hanc litem non tam optimo Cæsari, quam adversariis ac Principibus Ecclesiasticis Evangelii hostibus, se imputare, ad B. Lutherum scribebat Elector. Qui id etiam

Wolff. d. l.
p. 339. in fin.

procurarunt, ne Caesar prius quam in ipsa Corporis Christi, ut vocant, vigilia, Augustam veniret, eo duntaxat sine, quò Evangelici Principes & Status instantis festi solennitate coarctati, ex C. M. prescripto processioni interesse cogerentur. Sed accidit eis quòd Poeta canit:

apud Chytra.
p. 120.

Sleid. lib. 7.
p. 169.
Chytr. d. l. p. 52.

Sleid. Chytr.
d. l. Bucholz,
Chronol.
p. 737.

Fallitur augurio spes bona saepe suo.
Fuerunt haec, Auditores, praambula illius Comitii, ubi Domino Deo nostro per praedicationem verbi sui nobiscum loquenti silentium impositum esse, Elector in epistola ad B. Lutherum, eo tempore scribebat. Jam quid de ipsa actione vobis, Auditores, promittatis, nescio; En habetis ut res habet: Junii die 20. facto actionis initio, Caesar missam aditurus, Electorem adesse & sibi gladium praeferrere jubet; (Nam id domus Saxoniae est officium in ejusmodi pompis.) Hic iterum Elector quid faciendum, anceps erat. Re deliberat à cum Theologis, dicentibus; Licere adesse, quòd ad suum officium esset vocatus, non ad Missam velut ad cultum divinum, accessit, cum antè protestatus fuisset, quid de Missa sentiret.

Buxtorff. ad
A. B. C. 27.
Dan. Otto de
jur. publ. c. 10.

Qua in re nunquam satis laudanda est Electoris illa cautio, dum nec religioni suae praedudicium, nec conscientiae scrupulum movere voluit. Hodie non minus cautè in ejusmodi vel similibus casibus procedere solent Augustanae Confessionis Electores; Quemadmodum in electione Rom. Regis usu venire solet, cum enim ibi ex prescripto Aureae Bullae, Missa Francofurti in aede Bartholomaei praemittenda sit, Principes Electores Protestantes eidem non interesse, sed interim in proximum Chori conclave secedere consueverunt; Simulac verò Protestantes in chorum redeunt, Hymnus ille, Veni Sancte Spiritus, intonari solet. Atque ita etiam in novissimis Electionibus factum extitit. Quamvis à pia hac consuetudine Electoris Palatini legatum aliquando (novitatis an singularitatis studio, non satis liquet)

liquet) recessisse constat. Nam cum in Comitibus Augustanis anno 1559. Carolo V. Cesari & utriq; Reginae Maria, Ungarica & Anglica, exequia fierent; Ad eas Protestantium legati non sunt ingressi, praeter Electoris Palatini legatum; qui tamen cum oblatam à Cardinali Augustano, Missam celebrante, sacram patinam osculari nollet, Cardinalis iratus exclamavit: Si non vis benedictionem, habeas tibi maledictionem in aeternum.

Porro praeter supradicta complures aliae Electori obortae fuere difficultates; Nam initio statim denegatum fuit, ne fidei suae confessionem publicè in Imperii confesso recitari faceret, sed scripto exhiberet; Donec tandem multis precibus indultum esset, ut non in publica audientia sed in Cas. M. palatio per Electoris Cancellarium D. Georgium Pontanum, seu Brück / vel (ut alii volunt) Christianum Bayer praelegi faceret; Quod ideo sic institutum fuisse scribit Elector ad Lutherum, ne multi homines interesse recitationi possent.

Ajunt, hic Principem quendam è Pontificiis dixisse: Lutherani scriptum exhibuerunt atramento exaratum: Ego, si Caesar essem, vicissim illis scriptum rubricam miniove, id est, rubro colore pictum traderem: Cui continuo alius Princeps respondet: Attamen, si Caesar, ut vos Domini dicitis, rubrica scribere vellet cavendum ipsi esset, ne minium faciem ejus conspergeret.

Finito hoc fribusculo, mox aliud succedit. Siquidem Recitata & exhibita confessione, Caesar eam reliquis Principibus tradit, ut cognoscant; Hi deinde suis Theologis, qui consutationem ei opponant; Inter hos facile erant primi Joh. Faber & Joh. Eccius, quorum uterq; postea pro hac operâ honorarium à principibus petens; Ille Episcopatum Viennensem, Hic canonicatum Ratisbonensem tulit. Nam hi, sicut alii pleriq;, cogitabant crescere de Luthero, Unde illud Erasmi Roterodami factum:

VVolf. tom. 2.
lect. mem. pag.
811.

Sleid. lib. 7.
pag. 172

Chytr. d. 1.
p. 69. & seq.

Bueholzer, ad
an. 1530.
Chytr. d. 1.
p. 70.

VVolf. d. 1.
pag. 351.

Sleid. lib. 7.
p. 173.

Sleid. d. 1.

Sleid. d. 1. p.
169. in pr. &
184.

Sleid. d. l. p. 184 in fin. cetum : Pauperem & tenuem Lutherum locupletare multos.

Sleid. l. 7. p. 174.

Sleid. d. l. p. 174. Chytrae. d. l. p.

Huic confutationi ut subscriberet Elector, Caesar insistebat, addita comminatione, sin secus fieret, tum sibi necessario faciendum esse quod Ecclesiae tutorem & defensorem deceat. Insuper & confutationis exemplum Protestantibus denegabatur initio, postea vero ejus copiam se daturum Caesar dicebat, sub hac conditione: Ne quid ejus typis evulgent, aut ei quicquam opponant. Sed Elector de iniquitate hujus postulati conquestus, confutationis editionem urisit. Hac ergo cum non succederet, aliam sibi viam ingrediundum esse adversarii existimabant.

Chytrae. d. l. p. 125.

Sleid. lib. 7.

p. 176.

VVolf. d. tom.

2. p. 346. & 347.

& in praefat.

tom. 1. p. 16.

Quare Electori investituram Electoratus & Ducatum suorum (quam jam ante statim a morte Friderici fratris, intra semestre, & alias saepius petierat) a Caesare in hisce Comitibus denuo petenti; Caesar respondebat: Se Electori petenti gratificari velle, si abjecta nova doctrina ad Ecclesiam Romanam obedientiam rediret, sin id non faciat, Se ei, qui a societate fidei & Ecclesiae Catholicae discesserit, feudum conferre non posse. Quam acceptam Imperatoris responsione Elector exemplum constantiae omni memoria dignum edidit; dum nullis fractus minis ac terroribus doctrinam Evangelii, se omnibus rebus humanis anteferre demonstrat. Et potius non inaugurari quam Evangelio renunciare mavult.

Phil. Melanthon in epistol. ad Obernburgum. Hortled. disp. pro foederator. bello 1. 26. in fin.

Sed quid tandem, Cum nec minis nec blandis promissis locum faceret ullum Elector? Fertur tandem ultimum ejus Comitii decretum, triste & atrox, terribile, severum, in imperio antea inauditum & plane sanguine scriptum; quo ipso universa Lutherica causa & Confessio exhibitae, omnesque illi adhaerentes damnantur; Et nisi restituant omnia in Ecclesiis, collegiis & monasteriis a se mutata, & damnatam doctrinam abjiciant, extrema

extrema dignitatis, vita & fortunarum pericula, sibi velut contumacibus proposito sciant, nonnullis principibus in id executo-ribus constitutis.

Utiq; hæc eò magis ferventur & effectui mandentur, Casa-rem & Status corpora, fortunas ac sanguinem ipsum impensuros esse, haben wir (inquit Carolus Caesar) von fern vnd des H. Reichs Churfürsten / Fürsten vnd Ständen / vñ herwiderumb Churfürsten Fürsten vñ Stände / vns in sachē vnsern alten Christlichen Glauben vnd Religion betreffend / versprochen vnd zugesagt / vnserē Königreich / Land vnd Leute / auch Leib vnd Gut an ein-ander treulich zu setzen / etc. *Quam tamē clausulam de corporibus, fortunis & sanguine suo ad defensionem impendendo injussu suo adjectam esse; Idq; se nec Caesar. Majestati reticuisse; quin potius disertè significasse; sibi pro sua persona nullam ullarum simulatū causam cum Electore Saxone & conjunctis ejus intercedere, Archiepiscopus Moguntinēsis, Trevirensis & Palatinus ad Rhenum, Electoris Saxonie & Landgravii consiliariis in ipso comitio indicarunt, simul rogantes: quod si sinistram aliquam adversus ipsos suspicionem concepissent, amicè se rogare, ut eam deponerent; Quam excusationem Elector placidè accepit, ac simul, ut vicissim à se omnem humanitatem, & benevolentiam sibi promitterent petivit. Sicut etiam ipse Lutherus hujus decreti culpam omnino trāstulit in Clemētem 7. ejusq; legatū, campēgiū. Caesaris autem honorificam facit mentionem, eiq; innocentiam tribuit, cujus illi nomen & auctoritatem obducant. Atq; hic ferè Comitii illius Augustani exitus erat sat terribilis; qui tamen Johannem Electorem non tam terrebat quàm firmabat. Ille semper Johannes in eodem, hoc est, idem qui semper, constans & immotus erat. Quæ pietas insignis & in veræ doctrina Confessione perseverantia & firmitas, ipsi non immeritò cognomen CONSTANTIS peperit. Non secus atque ob nativam suam bonitatem, qua ipsa, in tota sua gubernatione,*

bonum

Chytr. d. l. p. 409.

Sleid. lib. 7. p. 186.

Chytr. d. l. R. A. an. 1530. s. damit.

Chytr. d. l.

Sleid. lib. 16. in fin.

Chytr. Sax. 2. pag. 40. & lib. II. p. 289.

Chytr. lib. 2.
Sax. in pr.
& l. II. p. 2.

Wolff. in praef.
fat. tom. 1.
lect. mem. p. 16.
Carion. in
Chron. p. 917.

bonum Principem nihil à patre bono differre, exemplo suo declarasset, Boni cognomen adeptus est. Et sicuti juvenis admodum, Imperatori Max. I. in Ungaria militans, in oppugnatione Albæ Regalis inter primos muros ascendit, & coronam muralem promeruit, Ita etiam in hac Evangelii propugnatione, inter Principes primus in fide erga Christum omnium seculorum memoriâ dignum fortitudinis & constantiæ exemplum edidit.

Chytr. d. l.
p. 119.
Wolff. d. l.
p. 79.

Nec dubito de Jobanne Electore nostro affirmare, quod de Jobanne Baptista, Propheta olim dixerat; quod sit Vox CLAMANTIS IN DESERTO. Nonne idem hic verè dici potest: Evangelium toti mundo fuisse revelatum & prædicatum, dum in Comitibus Augustanis Confessio Germanicè & Latine descripta Cesari oblata, & postea in Italicam, Gallicam & Hispanicam linguam translata, Pontifici & præcipuis Europæ Regibus & Principibus transmissa fuit.

Chytr. d. l.
pag. 110.
Wolff. d. l.
p. 79.

Liceat hanc in rem afferre ipsa Lutheri verba: Adversarii (inquit) præclarè se rem gessisse existimant, quod conciones per interdictum C. M. intermitti curarunt: Sed non vident miseri, per Scriptam Confessionem Cæsari exhibitam plus prædicatum & latius propagatam, hanc doctrinam, quàm mille Doctores facere potuissent. Egregiam verò sapientiam adversariorum. Dum enim Concionatori aulico Privatas conciones interdiciunt, Ecce prodit Elector Saxonie & cæteri Principes ac Domini cum scripta Confessione, & concionantur multo liberiùs & palàm coram ipso Imperatore & toto Imperio in omnium conspectu, ut audire cogantur nec contradicere quicquam possint. Ich meine Ja! (pergit Lutherus) hoc interdictum de intermittendis concionibus non inultum abiisse; Nolunt Domini concedere, ut concionatores

cionatores audiantur, et coguntur ipsimet audire, & obmutescere. Christus profecto non tacet in Comitibus. Ac etiam si insaniant, plus ex hac Confessione audiverunt, quam si totum annum Concionatores audivissent. Ita completur quod Paulus, inquit: Verbum Dei non esse alligatum; Si in suggestis prohibetur, tamen in palatiis Regum illud audiri oportet. Ideo illa Comitibus laude digna sunt, was alda ist verzeihret worden / sol niemandt gerewen / quia verbum Dei promulgatum est contra omnium hominum opinionem, Sie wolten es dempfen / so gieng es auff vnd an.

Hactenus Lutheri verbis locutus sum. A quibus non longè abscedunt pia cogitationes Valerii Herbergeri, concionatoris cuiusdã Silesii, dum inquit: Cusanus machet aus den Jahren des DREIßTIG Christi lauter Jubel Jahr / da findet er grosse Geheimniß. Als er nun kômpt auff das Jahr 1530. spricht er: Man solle es in acht haben / denn allda werde Johannes mit seiner Lehr wider auffstehen. Nun höre wunder / da man zehlt 1530. nach Christi Geburt / da wird der grosse Reichstag zu Augspurg gehalten / da man sich vber der Religion hat bekümmert. Den nechsten Sonnabend aber nach S. Johannis Tag / welcher desselben Jahrs auff einen Freytag gefallen / Stehet auff für dem Römischen Kayser / vnd gantzen Reich / Johannes Friederich Churfürst von Sachsen / vnd lesset öffentlich durch seinen Cantzler Christianum Beyer (denn was darinnen verfasst / war alles Christlich) die Confession der protestirenden Stände / welche mit Johannis Lehre Stimmet / lesen. D. Brück (denn in dieser Confession wird die rechte Brück zum ewigen

E

Leben

*in explicat.
Evang. die
Johan. Bapt.*

Error in nomine est communis etiam aliis.

Leben gebawet) wil sie darauff in Lateinischer vnd
deutscher Sprache des Kayfers Secretario vberant-
worten/aber der Kayser hat selber zugegriffen vnd sie
zu sich genommen.

*Orat. de benefi-
ciis Dei in
hanc scholam
collatis p. 90.*

Hunn. d. l.

*Atque ita (ut B. Aegidius Hunnius loquitur) solennis
Ecclesiarum nostrarum confessio in Augustanis Comitibus anno
1530. oblata, invicta q̄ constantia defensa, ejusq̄ sonus ex loco
tam illustri, tamq̄ celebri haut aliter in omni Europa percrebuit,
atque Paulus Apostolus à Thessalonicensibus olim sermonem
Domini in Macedonia & Achaia, ceterisq̄ locis pertonuisse scri-
bit. Qui dies exhibitæ nostræ confessionis & perfonan-
tis tubæ Evangelicæ doctrinæ ex celebratissimis ante fi-
nem mundi nequaquam postremus est. Adeoq̄ non im-
merito honori & memoria illius, præsens hoc tempus Jubilæum
consecravit Serenissimus Elector & Dominus noster Cle-
mentissimus, pro ea, quâ in banc Augustanam confessionem
est fide atque constantia heroica.*

*Nostrum ergo erit, Jubilæum hoc nostrum feliciter cœ-
ptum, porro continuare Propbetico Davidis jubilo, in hunc mo-
dum: Venite exultemus Domino, jubilemus DEO, salu-
tari nostro; Jubilate Domino, omnis terra: Cantate &
exultate & psallite. Psallite Domino in cithara, in citha-
ra, & voce Psalmi, in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.
Jubilate in conspectu Regis Jehovæ: Latentur cœli & ex-
ultet terra, moveatur mare & plenitudo ejus, orbis ter-
rarum, & qui habitant in eo. Flumina plaudant manu,
exultent montes à conspectu Domini. Annunciate in-
ter gentes gloriam Domini, in omnibus populis mirabi-
lia ejus. Venite, magnificemus nomen Domini. Hæc est
dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.
Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cor-
nua.*

nua altaris. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus.

At verò Jubileæ hæc otia fecit nobis sola JOHANNIS ELECTORIS constantia; absq; ea si fuisset, sederemus hodieq; in tenebris & umbra mortis, neque lucem Evangelii aspiceremus. Dignissimus igitur est, cujus laudes uno ore hoc præsertim Jubileo tempore celebremus & magnificiamus.

Finirem banc Orationis mee partem, nisi in mentem nunc veniret, quod de Principe constantissimo, Johannes Nas, homo ex asse Pontificius, in libello suo centuriarum: (quem putidum & blasphemum appellat Joh. Wolffius Jctus) spargere non erubuit: Ac si Elector paulò ante obitum Pontificiam religionem amplexus, filios suos à Christiana Lutheri religione dehortatus fuerit. Cui Nasio, aut si mavis, Nasuto, jam pridem equidem Joh. Wolffius Jctus respondit: Ipsum turpiter & Diabolicè mentitum fuisse; Et vereor sanè, ne quis eidem, verbis B. Lutheri de Constantini Magni donatione loquentis, dicat hoc ipsum: eine weidliche / dicke / fette / wolgemestete / summa, eine rechte Bápftliche lügen.

Qui enim constantissimus heros sinceram religionem tribus in Comitibus Augusta Spiraq; habitis contra omnes Diabolos heroicè assertam, sexcentis calamitatibus & ipsa morte objecta defensam, in ipso senectutis capulo & mortis articulo abnegasse credatur, cui vivo omnia in hoc mundo suppetiissent, si Christianus non fuisset? Cumq; ipsi aliquando indicatum esset quòd omnem Mundi, Pape Cesarisq; gratiam effusus esset, si pertinacius Lutherana secta inbareret; Respondit: in bivio versor; Aut enim DEO aut Mundo inserviendum est, conjicite ergo, utrum mihi faciendum. Piam principis

tom. 2. lect.
mem. p. 777.

d. p. 777. in
fin.

Hortleder, a-
pud Goldast.
pol. Imp. part.
31. p. 13. 76 co-
rollar. 1.
V Wolff. d. l.

confessionem! Quin Tu etiam Nasute Johannes hic conjicias
 velim, quid à Principe Optimo factum sit. Si vis, aut nescis, o-
 stendam Johannem Electorem, non longè ante obitum legatis
 Casareis Guiberto Nassovio & Gulielmo Nuyvenario Comitibus
 intrepidè respondisse: Quam sit Augustæ profectus doctri-
 nam, in ea se beneficio DEI permanurum esse ad extre-
 mum usque Spiritum. Siccine satis est Nasute? Quod si non
 dum? En Epitaphium, ultimæ vitæ & mortis testimo-
 nium:

Sleid. lib. 8.
 pag. 201.

apud VVolf.
 tom. 2. p. 798.
 Germanicè
 cap. Dn. Chytr.
 Sax. p. 520

Fratre meo letbo coeli super astra recepto,

Saxonia curam Dux ego fidus ago.

Tunc ubi vicinas ausis ingentibus urbes

Agricola bellis perdomuere suis.

Hereticos odi, meq; illi odere vicissim,

Religione suum projiciente jubar.

In medio Augustæ Regni Septemplicis orbe

Synceram adstraxi commixtus ore Fidem.

Et Papæ & quicumque sedent à cardine Papæ

Me miserum multis prostituere malis.

Sed tamen acceptâ (rumpantur ut ilia Papæ)

Nullâ clade meum eripui inde caput

Cesaris & quamquam Papistæ acudere furores;

Ille mihi tandem Cesar Amicus erat.

In patriâ in lecto, letis obdormio coelis,

Dæmones Invideant, invideant Homines.

Quid babes hic, quod oggannias Nasute, parum fortè aut nihil.

Sed mitto hominem, ne tempus frustra labatur: Maledicat

quisquis benedicere nescit; Tibi Elector Constantis-

sime,

Semper bonos nomenq; tuum laudesq; manebunt.

Nunc

Nunc ad Te JOHANNES FRIDERICE, Electo-
rum Magnanime, Princeps Christianissime, fortissime
& constantissime, Princeps memoria, pietatis & constan-
tia laudatissima; meam hanc converto orationem. Unius
duorum, patris & patruus nomen habes, quidni & omen?
ergo duorum laudes jure Tibi vendicas; Sic enim virtus uxita
meruit.

Coler, in epist
dedicat. ad
process. exc.
VVar. ab E-
renb. r. de fæd.
2. n. 163.
Col. d. l. part.
1. c. 3. n. 41.

Quod ergo Taubmannus olim, id mihi hic repetere li-
ceat:

in Carmine
seculari, anno
1602.

JAN FRIDERICE, patris patruusq; binominis he-
res;

Virtutes utriusq; geris, visne amplius addam?

Vellem; ni laudem summam summa fuisset.

Germanum ostendi specimen patruusq; patruusq;

Sanè est ita. Ast nondum satis erat Heroi huic magnani-
mo, Ille plus ultra. Unde præter Constantis (quod Patris
erat) etiam Magnanimi & Invicti cognomen Ej. in omnem po-
steritatem mansit. Vereq; de Ipso atq; confæderato ejus, Phi-
lippo Halsia Landgravio, Illustriss. Franciscus Carolus,
Saxonia, Angria & Westphalia Dux, apud Lansium his ver-
bis ait: Hi Principes singuli, ævi nostri Harminii & Heroes
nominandi essent, nisi Harminio & præcis Heroibus me-
liores & majores essent. De quo ut evidentius constet, agè,
breviter ab ipsis cunabulis, curriculum vite Ipsius repetamus.

Lans. consul.
pro Germano
p 175.
Dresser. mill.
sext. part. 2. in
bita Ejus.
consul. pro
Germ. p. 142.

Ferunt, in Principis hujus nascentis dorso, crucem auro
colore fulgentem visam fuisse, matre post paucos dies in puerpe-
rio extincta. Quam ubi conspexit sacerdos, vir pius & ad-
modum senex, à matronis aulicis accersitus. Hic puer, inquit,
crucem gestabit toti orbi conspicuam, cujus indicium
tam manifestum in ipsius ortu se exerit. Rem miram &
divini ominis plenam! Quis non intelligit, crucem hanc fu-
tura

Chytra. Sax.
lib. 2. in pr.
Dress. d. l.
Bucholz. ad
an. 503.
VVolff. in ep.
dedic. tom. 1.
lect. mem. p. 164

*tura crucis & gravissimarum calamitatum, quas ob heroicam in
 Evangelii Confessione constantiam, per totam vitam expertus
 & JOH. FRIDERICUS, indubitatum fuisse presagium?*
 Porro in magno illo Comitio Augustano Celsitudinis Suae Parèti
 caterisque protestantibus magnanimiter astitit, interdicto de
 concionibus intermittendis fortiter contradixit Confessioni Ce-
 sari exhibita confidenter subscripsit, atque in plurimis aliis Co-
 mitiis illius actibus non obscuram Constantissimi sinceræ doctri-
 næ Confessoris spem omnibus abundè fecit. Cum primis verò il-
 lud Singulare & omni ævo memorandum Principis decus erat,
 quòd in eodem Comitio Primarios & acutissimos, quosq; Pontifi-
 ciorum Theologos & Doctores singulari ingenio, solertia & acu-
 mine medios in arduis & gravissimis disputationibus cum omni-
 um applausu confunderet & pudefaceret. Nam cum Theo-
 logi acriter de Sacramentis disputarent, Maximeque de verbis
 Christi, Bibite ex hoc omnes; Et ibi Doctor JOHANNES
 ECCIUS mordicus opinionem suam defenderet: Christum
 solummodò initiatis sacerdotibus, non verò Laicis u-
 tramque speciem commisisse; voculam, omnes, ad unctos
 saltem sacerdotes detorquendo. Tum JOH. FRIDERI-
 CUS, scio Ego, inquit, quòd vocabulum, omnes, plures
 quàm Sacerdotes concernat; & si soli sacerdotes hoc vo-
 cabulo comprehenduntur, alibi etiam sic habetur: *Mun-
 di estis sed non omnes.* Sequitur ergò & hoc solum sacer-
 dotes concernere, ideoque eos nequam & nefarios esse
 concluditur. Sic crassam sacrificorum ruditatem omnibus
 deridendam propinabat Princeps. Rursus cum ibidem inter
 sequestros articulos, de invocatione Sanctorum ageretur; D.
 Eccius dictum Genesis c. 48. protulit, ubi Jacob de Ephra-
 im & Manasse inquit: Et invocetur nomen meum super
 pueros istos. Et cum post multa Philippi Melantbonis, D.
 Joh.

Wolff. d. l.
 pag. 515.

Wolff. d. l.

Joh. Brentius fortè dixisset : Nihil in sacris literis extare
de invocatione sanctorum. *Adbac D. Cochlaeus prorumpit, rei succurrere volens, tanquam profunda cogitationis vir, dicit : Quod in Veteri Testamento Sancti non invocati fuerint, id in causa esse, quòd Sancti tum temporis nòdum in caelo sed in vestibulo inferni fuerint. Ibi DUX Joh. Frid. retia contrahens, & utrumq;, Cochlaeum & Eccium vanitatis convincens Eccio dicit : En Tibi perbellè defensum tuum dictum, quòd ex Veteri Testamento de Jacobo protulisti.*

Satis sic, opinor, animadvertitis, Auditores honoratissimi, Principis nostri summum erga sinceram verbi divini doctrinam, fervorem & ardorem : Et quis hinc non intelligit, quantopere Ipsius Celsitudo in evolvendis Sacris Bibliis, aliisq; eruditorum hominum scriptis sine dubio desudavit ? juxta illud Dei Præceptum, Principibus & Rectoribus mundi datum : Non recedet volumen legis hujus ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus.

Judicet hinc qui judicare potest de singulari Principis hujus prudentia, ingeniq; felicitate ; Et quam immeritò DUX Brunsvicensis HENRICUS, inter alia criminatum genera publicis typis exscripta (novo quodam, ut Sleidanus ait, in l. 12. p. 315. ter principes viros exemplo) Ipsius Celsitud. nominaverit Sleid. lib. 13. Cainum, mōstrum, Æsopum, nulla nec corporis nec animi virtute præditum, quem ipse quoque Lutherus, licet ejus idolum & velut alter Deus sit, rideret atque contemneret, &c. Cui quidem scripto jam tum temporis B. Lutherus, qui ad suam existimationem id pertinere ducebat, acerrimè respondit, calumniam esse dicens. Quamquam hac in re Duci Brunsvicensi nonnihil ignoscendum putem, qui pro temporis illius ratione, dolore non prorsus injusto victus, & odio, cui tum

Sleid. d. l. p. 347.

Schard. tom.
4. hist. sub an.
1567.

apud Hortled.
de iust. B. G.
lib. 3. c. 81.

Arum. 601. 2.
disc. Acad. 23.
9. 14. p. 705.

apud Hortled.
lib. 5. c. 6. n. 85.
Arum. d. 1. p.
703. & 704.

in Epistola ad
Jonam & ad
Philippum a
pud Chytra. p.
132. & 147.

rum Smalcaldici apud omnes fere expositi erant, nimirum inces-
sus, calamo liberius aliquando indulgit; qui tamen Illius ran-
cor in socios Smalcaldicos postea omnino deseruit; adeo ut Phi-
lippus Hassia Landgravius fateretur ipse, se uni illi Henrico
Brunsvicensi maximam omnium rerum fidem habere.

Multo sanè peior & impudētior Ludovicus ab Avila, Hispa-
nus, qui in descriptione sua belli Germanici, Electorem, fastu
Hispanico actus, Barbarum superbum appellat; convicio non

modò frigido (in quocungq; tandem sensu Barbari vocabulum,
quod æquivocum est, accipiat) sed etiam falso atque putido, ad-
eò ut etiam Philippus Magnus Brunsvicensis Dux, hostis tum
temporis Electoris nostri, Avilæ historiam in Germanicam
linguam vertens, id abolendum, silentioq; dissimulandum cen-
suerit. Qua Philippi Ducis censurâ, palinodia quàm pro-
ximâ, nos quoque contenti ipsum hâc vice dimitimus, cum elo-
gio, quod jam dudum ab Alberto Marchione Brandenburg:

reportavit, qui ipsum inscribit: **Einen verlogenen Dispa-
nischen Ertzbuben / der die Ehrliebenden Deutschen
Noch vnd Nieders Standes / die Ehrlichen Chur-
vnd Fürsten / vnd in Gemein die gantze Christenheit /
zu ewigem Schimpff / also mit Unwarheit beschrie-
ben / als ob es irgend ein Barbarische vnbeante Na-
tion, dero alle ehrliche vnd Adelige Tugenden vnbe-
kandt weren.** Sic misso illo Hispano progredimur ad alia

egregia Saxonica constantia specimina, quorum vel maxi-
mam partem hîc enumerare temporis angustia prohibet.

Consistunt ea partim in concilianda Religionis pace politica,
saluberrima; Nam de ipsa Religionis concordia jam dudum de-

sperârat B. Lutberus, satis esse dicens, si pax politica obtineri
possit, quæ multoies antea frustra petita atque exoptata, tan-
dem Intercessoribus Moguntino atque Palatino Electoribus an-

no 1532. Schwinfurti tractata, & Noribergæ anno eodem solen-
 niter pacta & decreta, à Carolo Cesare etiam ratificata, ab Eo-
 demq; in Ratisbonensibus ejusdem anni Comitibus mandata &
 promulgata fuit. Hæc ipsa Religionis pacificatio est, quam o-
 mnium primam fuisse, saniores quidam ex Politicis nostris
 contra alios animadvertunt; quibus proinde dicta est; Der
 Nurembergische allererster Religionsfriede. Qua postea pri-
 mum à Rege Ferdinando, operâ Electoris nostri anno 1534.
 Cadami, Bohemia oppido repetita & confirmata fuit. (Unde
 illa, quam vocant hodieq; Transaction Cadamica, der Cadami-
 sche Vertrag.) Porro hæc religionis pax deinde Francofurti
 ab Oratoribus, Commissariis & Intercessoribus Cesareis anno
 1539. obfirmata, Rursus in Comitibus Ratisbonensibus anno
 1541. communi Ordinum consensu roborata. Spira anno 1542.
 prorogata, Iterumq; mandata ac firmata ibidem, nova Cesaris
 fide, anno 1544. Deniq; Vermatæ anno 1545. denuò præce-
 pta; adeoq; conservata ac propagata usq; ad Caroli 5. Cesaris
 bellum Germanicum, sive Smalcaldicum.

Eousq; igitur vera DEI Ecclesia, fideli & constanti Electro-
 ris operâ, aureâ religionis pace frui potuit; Quod quantum
 & quàm magnum illud fuerit beneficium, mox contrario interi-
 mistico tempore insecuto & opposito magis elucescebat. Taceo
 jam, quantopere interea temporis Elector intra & extra Comi-
 tia, de Concilio universali, libero, Christiano, inq; Germania
 convocando, apud Cesarem desudârit. Illud siquidem uni-
 cum componendi de Religione dissidii remedium ab
 omnibus cordatioribus habitum erat. Verùm optatum
 se nunquam tulisse passim conqueritur. Causam ejus rei quam
 Dillingenses Jcti novissimè & frivole prætexunt, alii peri-
 tiores judicent; Nos hac vice B. Lutherum Henrico Duci

F

Brun-

Steid. lib. 13.
p. 347.

Brunsvicensi *respondentem ea de re audiamus.* Cur (inquit *Lutherus*) Concilium modò flagitatis, modò promittitis, modò suspenditis, modò recusatis? Quod si sancta est Ecclesia vestra, quid ita sibi metuit à Concilio, quid opus habet emendatione? Quod si opus habet, quomodo sanctam dicitis? Num sanctimoniam quoque Vestram vultis emendari? Nos quidem, ut Ecclesiæ nostræ reformentur, nunquam postulavimus Concilium, nam verbo suo Deus jampridem sanctificavit eas, & sordes omnes Pontificias expurgavit, & veram doctrinam nobis restituit. Concilium autem eò petimus, ut Ecclesiæ nostræ palàm audiantur, & ut doctrina Vestra, Christi doctrinæ contraria, damnetur, & ab ea revocati homines, verum Dei cultum cognoscant ac sequantur. *Scilicet quàm benè Lutherus hîc consentit cum Papa Clemente VII. qui dicere solitus fuit: Wer nicht länger pabst seyn will / der halte ein Concilium, daraus siehet man des Pabstes gelegenheit. Hem! Anné Christi illud: Qui malè agit, &c. etiam in Vicarium Iplius cadere possit?*

Vide Erläuterung des Buchs / Von Freystellung &c. p. 347.

Steid. lib. 17.
p. 478.

Hortl. l. 3. c. 3.
Steid. l. 17.
pag. 475.

Tandem JOHANNES FRIDERICUS cum nulla Concilii legitimi spes affulgeret amplius, quin & vim armatam sibi cum sociis, præter expectationem, & nihil mali hucusque suspicanti, ab adversariis certò imminere jam videret; facto super hoc inter Cæsarem & Pontificem fœdere, quo inter alia pactum erat: Ut Pontifex ducenta aureorum millia in hujus belli usum deponeret, & insuper peditem Italorum duodecim millia, & levis armaturæ equites quingentos per semestre tempus aleret: Cæsari etiam isto anno liceat dimidiam partem bonorum Ecclesiæ per Hispaniam sumere, & ex annuis proventibus
Mona-

Monasteriorum Ecclesiae divendere; *Omnia belli tantum
 bujus gerendi gratia.* Sic tandem (inquam) Elector Ma-
 gninamus, vel extremum belli capitisq; periculum, pro sin-
 cere religionis defensione subire non dubitavit. Qua in-
 re quam nihil temerè aut seditiosè omnino fecerit, cuius can-
 dido & verè Germano pectori abundè persuasum est. Et ut
 prae terea sexcenta alia, unicum ipsius Caroli V. Caesaris te-
 stimonium, nobis sit instar omnium; Hunc saepenumero
 doluisse & poenituisse perhibent, quòd se instigari atque exa-
 cerbari adversus Electorem omni laude dignissimum, pas-
 sus fuerit. Nam cum Carolus abdicato Imperiali Magistra-
 tu ejus administrationem fratri FERDINANDO com-
 misisset, in Hispaniam concessit, & in regia sua, juxta mona-
 sterium quoddam, vitam transegit; Ibi tum omnes suas
 res gestas in mappis depingi curasse ajunt, quas in mona-
 sterio parietibus circuitus affigi fecit; In eumq; circuitum
 saepe ac si exspatiaretur, se deportari jussit, & ibidem pra-
 mappis sedit, secumq; ipse recoluit. Et ubi devenit ad eas,
 in quibus Smalcaldense bellum & captivitas Electoris depicta
 erant; Ingemens & suspirans dixit: Hunc si reliquissem
 qualis fuerat, mansissem & ego, qualis eram. Nam
 ex eo, quo Elector captus erat, parum fortuna ac victoria
 ab hostibus reportaverat. Cujus tamen infelicitatis rationem
 aliam Jesuita Schererus affert, dum inquit: Das Key-
 ser Caroll nach dem Sieg wider Sachsen vñnd
 Hessen wenig fůrgang gehabt / ist nicht darumb
 geschehen / daß etwan ihre Maj: an den Rebel-
 len vñnd Widerspennigen in Deutschlandt sich
 vergriffen hette / Sondern / daß Sie des von

VVolff. tom. 2.
lect. mem.

p. 516.

Thomas Sty-
barus in hi-
stor. narrat. de
vita Joh.
Friderici.

in triumph.
pag. 101.

S ij

Gott

Gott aus dem Himmel verliehenen wunder-
 barlichen Siegs nicht gnugsam wargenommen/
 vnd wider Sein vnd des Römischen Reichs
 Rebellen / mit all zu grosser Gütigkeit vnd
 Barmherzigkeit / so wol als König Achab ge-
 gen Benhadad / den Syrer sich versündigtet /
 denn da Ihre Maj: die Victoriam prosequeret/
 vnd den Religionsfrieden nicht wider ange-
 richtet / würde es ihunder viel besser in Deutsch-
 land mit der Catholischen Religion stehen.

*Quæ Jesuitica ratiocinatio an fundamentum suum habeat in
 illo Chrysoctomi & Gratiani aureo & verè Christiano ca-*

*s. allegant; 26.
 quaest. 7.*

none : Melius est propter misericordiam rationem
 reddere quam propter crudelitatem ; *Judicent etiam
 illi , quibus aliàs Gratiani autoritas satis ambitiosè divina
 & Sacrosancta est atque dicitur. Ut taceam quàm forti-
 ter concludat Jesuitæ argumentum à Rege impio atque ethnico,
 ad Principes Joh. Fridericum & Landgravium Chri-
 stianos & religiosissimos.*

*VVar. ab E-
 renb. lib. 1.
 de fœd. c. 2.
 n. 163.
 VVolf. tom. 2.
 d. l. p. 515, &
 516.*

*Quamvis autem hacipsa belli alea Electori Optimo non
 satis feliciter cesserit (quod tamen proditione factum
 fuisse , tum temporis nemini dubium erat ; quo nomi-
 ne etiam ipso Christo se beatiorem Elector sapius di-
 xerat ; quod Salvator unum saltem proditorem
 secum accumbentem habuerit ; se verò pluri-
 mos suæ mensæ secum assidentes habuisse.) Ni-
 bil quicquam tamen omnis illa fortunæ injuriæ , & periculi
 magni*

magnitudo vel tantillum, Heroem nostrum magnanimum
terrere & movere potuit.

Jamdudum equidem sciverat ex Lutheri vaticinio, sibi
talem fortunam impendere, Lutherus siquidem indubitato pla-
nè spiritu vaticinatus erat de hac ipsa Electoris captivitate, idq; vvolff. d. l.
tam oculariter, ut precipuarum etiam circumstantiarum; quo pag. 79.
modo scilicet & à quo esset eo infortunio involvendus, mentio-
nem disertam faceret, & quo pacto ipsi illud effugere liceret, ex
verbo Dei clarè edoceret, scriptis hac de re ad Electorem &
Landgravium literis. At Princeps ille, qua erat animi magni-
tudine, omnia illa Dei arbitrio permittens, pro lege & grege
Domini pugnandum sibi putabat, & si vel anima ponenda foret.
Hinc, quamvis sciret Cesarem cum exercitu adventare, nec pro-
cul à Mulberga esse; Prius tamen, cum is dies Dominicus esset, Sleid. lib. 19.
quo in Ecclesia de pastore bono ponente pro ovibus animam suam, P. 532.
tractari solet, sacris interesse voluit. Richt. ax. hist.
126, in fin.

Atque hoc ipsum animi infracti robur postmodum in ipsa
etiam captivitate non sine omnium stupore plus quàm heroicè
demonstrabat. Nam ecce; capitalis sententia à Cesare in ipsum Sleid. lib. 19.
jam erat lata: Cujus hæc erant formalia: So haben wir pag. 533.
demnach (inquit Carolus) erkandt erkleret vnd gespro- Horsted. lib. 30.
chen/Erkennen/erkleren vñ sprechen auch/aus Röm. c. 70 num. 2.
Kays. Macht/vollkommenheit / hiemit wissentlich / tom. 2.
das bemelter Hansz Friederich der Nechter/ Ihm zu
bestraffung vñ andern zu einem Exempel/ durch das
Schwerdt vom Leben zum natürlichen gericht für-
gebracht werden sol/ darzu wir Ihn denn aus ober-
zehnten vrsachen/ mit diesem vnserm Urtheil vnd erkle-
rung condemniren vnd Verurtheilen / vnd befehlen
vnsern Officialen vnd Befehlshabern / daß sie dis vn-
ser

ser Urtheil würcklichen Vollzihen / dergestalt daß Sie Ihn auff die darzu im Feld auffgerichtete Wallstadt führen / vnd daselbst solch vnser Urtheil vnd erkentnuß würcklich volzihen.

Hortl. l. d. n. 2.

Steid. d. l.

Quæ sententia Ipsi incastris Cesarianis ad hanc Witebergam constitutis, prælecta fuit; Ubi ille animi consternati nullam dabat significationem, sed existimare se respondebat: Cæsarem non ita secum esse acturum; quod si tamen hoc ei fixum sit atque decretum, petere ut certò sibi renunciatur, quò de rebus ad uxorem & liberos pertinentibus constituat.

lib. 4. p. 116. E.

Paulò luculentius de admirabili hac Electoris constantia, sic inter alia Thuanus inquit: Locum adeò firmum (Wittebergam à Cesare obsessam intelligit) temerè aggredi ut periculosum erat, ita ignaviæ affine post victoriam relinquere; quis enim victoriæ tantæ fructus Witeberga intacta, quæ sola Vandalicis civitatibus confirmandis & bello rursus redintegrando par esse videbatur, rursus ea tentata & non expugnata, amitti ejusdem victoriæ fructum & invictæ potentiæ opinionem in animis hominum extinguere; cum enim necessarium omnino Cæsar judicaret, urbe potiri, nec facilè id se vi assequi posse speraret, aliam viam institit, ut metu mortis intentato, si minus Saxonem, quem ad omnes casus intrepidum sciebat, at uxorem saltem & liberos caritate impulsos ad Witebergam dedendam adigeret; Nec fefellit eum opinio: Nam Saxo mortis sententia more solenni 4. Eid. Majas lata, & dum intentorio cum Brunsvvicensi sederet, per delegatum significata, nihil commotus aut vultu turbatus est, sed sereno in eum, qui venerat, ore intuens, Quid tum, inquit, si Witteberga non tradita memori oportet! Hæc enim, non vita mea petitur; Cæterum nihil hæc me terrent; utinam

utinam nec conjugem item liberos & amicos, quibus à calamitate mea majus periculum, quàm mihi imminet. Nam quicquid mei contemplatione hosti dabitur, illis peribit, nec mihi proderit; Quorsum enim accessionem paucorum dierum jam effeto seni, neque diu victuro? Itaq; si optio detur malim re liberis salva quamprimùm, mori, quàm diu illis spoliatis vivere, neque tamen prohibeo, quin pietati aliquid condonent & sibi satisfaciant, ita, ut dum mei rationem habent, non omnino salutis suæ obliviscantur. Hæc fatus Brunsvicum ad latrunculis secum ludendum invitavit, hac etiam securitate contemptum mortis & hostis pariter præ se ferens. *Haecenus Thuanus.* At vero tum paulo post, ad intercessionem Electoris Brandenburgici, itemq; Mauriti & Clivensis Ducis se dato Caesaris animo, sententia fuit mitigata; ita scilicet, ut si Elector conditiones à Casare propositas rati haberet, vitam redimeret. Erat autem inter alias hæc quoque perscripta: Ut quicquid Cæsar de religione decerneret, ipse approbaret. Verum Ille ut huic assentiretur nulla ratione, ne presentis quidem mortis metu adduci poterat, in eoq; se permansurum, habita nullius periculi ratione (wolte lieber seinen feisten Hals daran hengen) constanter affirmabat. Quo viso Casar eam particulam induci jussit atq; obliterari.

Inauditam in viro Principe constantiam! Verè iste aliquando auditurus est illud Salvatoris: Talem fidem in Israel non inveni. Adversarii verò illius alterum illud audiant. Quid existis, ut spectaretis, arundinem, quæ agitatur à vento? Aut quid existis, ut videretis? Hominem molli animo & molli bus vestibus indutum? Certè dico vobis, homines molli ingenii, & arundines ejusmodi leves, quæ quovis doctrinæ vento circumgyrantur, non sunt in domo Principum Saxoniorum constantissima & religiosissima.

Qua-

adde Lanf.
consulto
German. pag.
141.
Thuan. &
Sleid. d. l.

Sleid. & Thu-
an. d. l.

Bunting, in
Chronico
Brunsv. p. 10
p. 322. Dress.
Chron. Sax.
p. 569.

*Thuan. lib. 4.
p. 127. F.*

*Hortled. d. lib.
3. cap. 88. p. 9.
s. vnd ob wol.
Hortled. d. l. p.
720. in fin.
Thuan. lib. 4.
p. 127. f.*

*VVolf. com. 1.
lib. mem.
p. 16. s. gratu-
lor.
Sleid lib. 21.
p. 591. Hortled.
d. l. c. 98. p. 720.
& seqq.
Sleid. lib. 20.
p. 583. Hortl.
d. l. num. 20.
30. 34. Chytr.
Sax. l. 16. in
fin.
apud Hortled.
d. c. 88. n. 28.*

*Quapropter nec Johannem Fridericum Electorem
vel nutantem facere potuit capitalis illa sententia; Non quin-
quennalis illa sat durissima custodia; ubi quotidie Hispanica ex-
cubie (quod invidiam augebat) tympanista & tibicine prece-
dentibus, ad diversorium Electoris deducebantur & reduceban-
tur, ward die Hispanische Wache mit Trummeln vnd Pfeif-
fen auff vnd abgeföhret. Non etiam ignominiosa illa integra
biennio per Germaniam, Belgium & Hispaniam traductio, ubi
Cesarem quocunq; euntem captivus non sine maximâ corporis
molestiâ sequi cogebatur. Non denique Ipsum movebat Interi-
misticum illud decretum seu Interim (quod vocant) quæ vox
non sine mysterio in se habet (Mentiri) vel per syncopen (inte-
ritum.) Et si enim, ut huic formula, una cum filiis subscriberet,
multoties partim minis partim pollicitationibus urgeretur. Ipse
tamen cum filiis (in quibus, paterna, hoc est, hereditaria con-
stantia vivum quasi exemplum extabat) unus idemq; animus, u-
na eademq; sententia manebat. Ea scilicet, quam (ut ipse dice-
bat) Augusta proposuisset & propugnasset.
Hujus illius contumacia (sic enim loquebantur tum tem-
poris) sed verius, perseverantia, mox poena erat, custodia multo
arctior & durior. Siquidem (quod idiomate vernaculo verbis
authoris referre placet) Nach so gethaner erklerung ist S. J. G.
etwas harter denn zuvor angeschaffet vnd besteliet wor-
den/inmassen Ihr denn die Predigt verboten/ auch alle
Bücher/ als eine Bibel / auff Pergament gedrucket vnd
illuminirt/sampt einem grossen hauffen viel anderer Bü-
cher Lutheri, vnd sonsten / bis auff einen Psalter vnd die
Zauspostill/welche der Diener einer verstecket / vnd den
Dienern alle ihre Wehre genommen / vnd aus der Here
berge getragen worden / Auch ist des tages noch dem
Marschalck/Rüchenschreiber vnd Linkeuffer ausdrück-
lich befehl geschehen / auff die gewöhnliche verbotene
tage*

tage/ bey vermeidung ernstlicher straffe kein Fleisch zu speisen/ welches alles S. S. Gn. als ein gefangener Fürst geschehen lassen müssen/ vnd gesagt: Ob man S. S. Gn. gleich die Bücher nehme / solten / sie ihme doch / was er daraus gelernet / aus dem hertzen nicht reißen.

Illud saltem (quod mireris) adjiciam, scilicet durante inter ipsum & Legatos Casareos disceptatione super puncto illo Interi. Hortl. d. c. 88. mistico, cum Elector, ipsis magis magisque urgentibus, constanter n. 16. & finaliter demum responderet; Ecce subito ingens quoddam tonitru auditur, licet per totum istum diem admodum serenum esset caelum aerque frigidior, nec illo ipso die amplius tonaret. Unde Elector quam maximè letatus, pro bono omine & cento gratiae divino signo id habebat; quasi supremus ille iudex signo hoc ostenderet: In conscientiae casibus sibi magis quam hominibus obediendum esse. Quemadmodum etiam de simili plane casu Fraxineum Galliae Regis legatum, itemque Hassiacos consiliarios aliquando argutatos fuisse, Politici nostri attestantur.

Sanè aliquid divini hac alant necesse est. Tanta siquidem in tot angustis, horroribus & doloribus, Electoris nostri erat fortitudo & constantia, ut sanctissimi quique Theologi faterentur; tantis tentationibus se planè impares esse, nec unquam ferre posse. Quare hac ipsa infracti animi constantia, non modò Electori majorem in tota sanctorum Ecclesia laudem & gloriam ad omnem posteritatem peperit, quam ulla victoria bello parte afferre unquam potuissent; Sed tantum etiam utilitatis in multorum hominum mentibus ad veram doctrinam excitandis habuit, ut verè dici possit: Electorem captum & victum plus praestitisse; magisque veram Evangelii doctrinam propugnasse & propagasse, quam unquam victor praestare potuisset. Non secus atque scriptura Sacra de

G

Sim-

Judic. c. 16.
v. 29. & 30.

Simfone bellatore fortissimo testatur: quod multo plures interfecerit moriens quam ante vivus occiderat. Unde vulgatum illud enigma: Quisnam plures moriens quam vivus interfecerit! ortum habere novimus.

in praefatione
super IV. tom.
lat. VVitte-
berg, D. Lu-
theri.

Pulchra sunt hanc in rem Melanthonis ad Electorem verba: Multi, inquit, hac liberatione tua, moti aut confirmati, doctrinam tuam confessionis magis cognoscent & complectentur. Extare memoriam confessionis tuam, ærumnarum & liberationis Ecclesiam, utile est nunc, & ad posteritatem, ut Israelitarum in fornace ignea, aut Danielis inter Leones. Ac multis tuum exemplum aliis ad veram DEI agnitionem & invocationem proderit. Quid potest autem tribui homini majus quam hoc bonum; Ut vitæ cursus proficit ad gloriam DEI & multorum hominum salutem? Hoc decus longè anteferendum est cruentis victoriis & triumphis.

Hortl. d. c. 88.
n. 33. p. 723.

Vicit tandem hæc Electoris constantia ipsos illius hostes, ipsumque etiam Cesarem, invictissimum; Nam omnes hi superilustri illa magnanimitate obstupescati, arctiorem ejus custodiam laxiorem postea & remissiolem fecerunt, tandemque post quin-
guennium custodiã dimiserunt. Quam liberationis suæ causam non aliunde æstimandam, sed soli constantiæ & fidei suæ tribuendam esse, ipsemet egregie peculiari scripto demonstravit. Unde paucula quedam hic delibare liceat: Derothalben/ (inquit)

Sleid. l. 24.
p. 707, in fin.

apud Hortl. d.
d. lib. 3. c. 87.
n. 6.

Wir abermals Gott von herten dancksagen/ daß vns seine allmechtigkeit dermassen geführet / daß wir die gerühmbte Fürschläge/ dadurch wir errettet werden solten/ nicht eingangen / sondern vielmehr vnsere langwirige Custodi vnd beschwerunge der gewaltigen Hand GOTTes vnd seiner Väterlichen gnedigen hülffe heimgestellt. Mit dem gänzlichen Fürsatz. Daß wir vns gegen Kayser. Maj. als vnsern Herrn vnd Kayser / des gefangener wir
auch

auch gewesen/dermassen wolten halten/das ihre Maj.ze. bey vns/wie bey vnsern löblichen vorfahren herkommen/ Treu/Glauben vnd Wahrheit/auch das wir vnserer Söhne vnd Vnterthanen vnser Abwesens dazu ermahneten vñ anhielten/in Gleichnuß auch in Sachen vnser Christlichen Glaubens/durch Krafft des H. Geists ein vnwanckelndt bestendig Gemüte bey vns befinden sollen. Der vngeweißelten hoffnung/ der treue liebe Gott/ als der Kayser vnd Könige Herzen in seiner Handt / würde noch zu letzt seine Göttliche Gnade vnd Segen verleihen / das Kayf. Maj.ze. erkennenet/lerneten/ das wir aus rechtem ernstern Eysen zu vnserer Religion/ vnd keiner andern vrsache halber/wider ihre Maj. gekrieget/vnd sonst in zeitlichen zu allem vnterthenigsten geneigt weren. Der wegen auch ihre Maj. würde gerewen/das sie vns so hertiglich gestrafft / vnd die Gnad vnd Gutthat/ so sie andern von den vnsern beweiset / nicht besser angelegt / vnd also die gefaste vngnade fallen lassen / vnd vnser gnedigster Kayser werden. Welche Gedancken vnd Hoffnunge vns auch nicht betrogen/sondern wol zugetroffen.

Criminentur jam & calumniantur audacter manibus Heig. p. 1. q. 12. n. 40. Thuan. lib. 2. p. 122. Heig. d. l. 37. & seqq. Arum. ad A. B. disc. 6. 0 7. Hortl. disp. pro foederatorum bello 0. 37. Hortled. d. l. 0. 16. Coler. p. 1. de process. exec. c. 3. n. 43. vid. supra

Johannis Friderici beatissimis, Ludovicus Avila mendax Hispanus, Natalis Comes nugator maximus, magno conatu magnas nugas dicens. Laurentius Surius, scurra nequissimus, Cutsemius, & novissime Dilligenis Jcti; qui omnes Principem hunc pacis amantissimum, rebellionis & perturbationum Imperii auctorem dicunt faciunt. Stat pro Electore aperta & immota veritas, quæ labefactari quidem ad tempus, opprimi verò penitus non potest; Hujusq; Principis constantia jamdudum vicit maledicorum calumnias.

Glorientur Cutsemius & alii cum Dilligenibus, de victoria Caroli Cesaris de Joh. Friderico caterisq; Protestantibus reportata; Multis constat, eam fuisse proditoriam, ejusq; jamdudum ipsum Carolum victorem poenituisse. Nec est, quod tan-

Thuan. lib. 2.
 & 4. Hopffn.
 in Sax. Evang.
 sect. 1. p. 3. c. 4.
 p. 172. Dan.
 Otto de jur.
 publ. c. 3. p. 68.
 Sleid. lib. 18.

Hopffner. d. 1.
 p. 173.

Dresser. in O
 rat. de pac.
 religion.

eo opere imperitias & errores contra militarem rationem à Protestan-
 tibus commissos ex Surio & Natali Comite inculcent; (quo-
 rum aliquot politicos & Theologicos etiam Thuanus & alii re-
 censent;) Neq; enim hi tam in causa minus prosperi illius successus
 fuerunt, quam quod ipse Johannes Fridericus Elector innue-
 bat, cum sepius dicere assoleret: Bona sunt foedera, sed vae illi
 qui servat; Id ipsum scil. propria experientia edoctus Princeps
 integerrimus. Quinimo scopus & finis hujus infortunii unicus
 hic erat; ut palam faceret Deus, non armis veram religionem
 semper propugnandam, sed absq; armis etiam divinitus conser-
 variposse, ideog; permittere, ut etiam vera religionis assertores
 aliquando succumbant, quos tandem suo tempore liberet. Cujus
 rei sanè hic vidum est exemplum: Nam spes utrinq; erat ma-
 gna. Qui Pontificis & Cæsaris partes sequebantur spera-
 bant, se deleturos esse Evangelium in Germania. Evange-
 lici verò à se defendi oportere religionem opinabatur:
 Sed frustrata est utraq; pars. Neq; enim Cæsariani victo-
 res, id quod cupiebant, Evangelii lucem extinguebant,
 neque Evangelici victi cladem aliquam Evangelicæ pro-
 fessionis sentiebant. Deus enim hoc sibi reservarat, ut Ec-
 clesiae suæ & verbi tutor ac custos esset. Itaq; irritus erat co-
 natus utriusq; partis, tam ejus, quæ Evangelium delere
 volebat, quam ejus, quæ id ipsum à se defendi putabat.
 Quanquam magis laudandus sit conatus Protestantium,
 qui ob Evangelii professionem omnia objicere in discrimen non dubitarunt.

Nolite ergo judicare & non judicabimini. Erratis, nescientes
 Scripturas, neq; virtutē Dei. Anne hujusmodi sinistra, de causa
 & religione Johannis Friderici, ex eventu de prompta judicia,
 jam olim, an 1547. satis redarguit prodigiosum illud fulmen?
 quo postridie à clade & captivitate Electoris, templum ca-
 thedrale Misenæ (cum in eo Canonici concurrerent, plauderent

¶

& supra modum jubilarent, bymnumq; TE DEUM LALL- *Wolff. d. 7.*
 DAMUS, ob Electorē pridie captum, decantarent) de caelo tactū *p. 516.*
 fuit, & turres, campanae, tectum, organa musicalia liquefcentia, *Fabric. annal*
 igne consumpta, & desuper omnia aedificia in cinerem redacta *urbis Misens*
 fuerunt, incendio à quarta pomeridiana ad sextam matutinam *pag. 97.*
 alterius diei horam continuato. Hoc autem fulmen prodigi-
 osum fuisse, vel inde quoque patet, quod nec aliud ante
 tecefferit nec aliud secutum sit.

Sed Gloriantur deniq; & jactitent i'braconicè satis iidē Dil- *d. l. quest. 17.*
 lingenses; quòd antè observatum & presentis temporis bello *n. 13.*
 Germanico decennali (ita loquuntur) magis confirmatum fue-
 rit; Quotiescunq; Catholici cum Novatoribus (sic calu-
 mniantur antiquarii) pralio certarint, victores illos fuisse,
 nunquam victos. Id Belgae sciunt, (inquiunt) Helvetii Catho-
 lici gloriantur, Tullius gloriosus & alii experti sunt; Civitates
 per vim occupare, arces & pagos vastare, insidiis ac dolo adver-
 sarios suos cedere quandoq; potuerunt Protestantes, sed Marte
 aperto nunquam. Hec nimirum Dei providentia est, hoc auxili-
 um Ecclesiae suae promissum ac testimonium veritatis. Sed & alia
 causa est, (ajunt) cur in bello contra Catholicos non vincant No- *d. q. 17. n. 14.*
 vatores; quia Sanctorū in caelo apud Deum opem Secta-
 rii non habent, cum nec postulent; imò rejiciant ac refel-
 lant. Insuper Ecclesias & Monasteria ad Dei & Sanctorum
 cultum, fideliumque salutem piè constituta usurpent ac
 violent.

Ita, Auditores honoratissimi, suaviter philosophantur
 & triumphum cantant. Sed audiamus eos ulterius: Ipsemet *d. q. n. 15.*
 Lutherus (inquiunt) olim agnovit, si inter Lutheranos & Pon-
 tificios bellum oriatum, victoriam pro veritate fidei staturam
 esse, sed quia eam suae Confessioni ascribebat, victores Luthera-
 nos suos fore intrepide affirmavit in der Warnung an seine
 Deutschen ita scribens: So wil ich auch sampt den meinen
 nicht

nicht feyern/mit beten vnd flehen zu Gott/das er Ihnē/
 (den Papisten) gebe ein verzagt blödes feyges Hertz/
 wenn sie zu Felde ligen/das hie einen vnd dort eiten sein
 Gewissen rühre/vnd beisse/vnd spreche: O weh/O weh/
 ich bin im fehrlichen Kriege/wir haben böse Sachen/vñ
 streiten wider Gott vnd sein Wort/wie wils vns gehen?
 wo fahren wir hin? Vnd wenn sie dann sehen einen Ma-
 chabeischen daher ziehen gegen sie/das sie zu fliehen/vnd
 zu stieben/wie Sprew vom Winde/Meynstu nicht/Gott
 köndte solche Kunst noch? wie er dann zu seinem Volck
 spricht/Ich wil dir ein verzagt Hertz geben/das/wenn du
 wider deine Feinde eines Weges außziehst/soltu durch
 sieben Wege zu rück fliehen/vnd ein rauschend Bladt sol
 euch schrecken/Warlich/so thet er den verstockten Egly-
 ptern im Rothen Meer auch/welche wol so steiff vnd
 sicher waren/als die Papisten sind/Noch da das Stünd-
 lein kam/das ihr Gewissen sich rühret/sprachen sie/O
 weh/lasst vns fliehen/Gott streitet wider vns. Wer nicht
 weis/was da sey/mit bösen Gewissen vnd verzagten
 Hertzen kriegen/wolander versuchs jetzt/wenn die Pa-
 pisten kriegen/so sol ers erfahren/gleich wie es unsere
 Vorfahren an den Bohemen vnd Zischka erfuhren ins
 gleichen Fall.

*Videtis iterum Auditores hic quam sibi abblandiantur his
 ipsiq̄ Lutheri verbis, & quam verus ipse illis hic Propbeta sit. Sed
 minimè Lutherus spe sua falsus fuit; Siquidem stetit finaliter
 victoria pro veritate fidei suæ. Quod jam dudum anno
 1548. presentiscebatur Pontifex, cum coram Mendoza Casaris le-
 gato, de belli Smalcaldici exitu conquestus diceret: Plane mihi
 usu venit quod Propbeta queritur; Ut collecturus uvas
 inueniam labruscas. Præterea Lutherus ibi non facit regu-
 lam perpetuam, quippe qui non ignorabat; bellum undecim
 tribuum contra Beniamitas oppidò justum fuisse, & tamen*

*Sleid. lib. 20.
 p. 568.*

Jud. 20.

illos

illos ab his aliquoties profligatos esse. Ita Filii Israel succubuerunt, Jos. 7.
 quia peccabant, non quidem in causa belli, hoc enim ex Dei mada-
 to gerebant, sed in ipso bello, quia inter eos erat pollutus ana-
 themate. Potest itaq; belli causa justa esse, licet ratio gerendi belli
 non sit justa, adeoq; finis ex animi sententia non semper eveniat.
 Tempus ergo & monumenta non est vestrum scire, quae
 Deus in sua potestate posuit. Interim in silentio & spe
 est fortitudo nostra. Nostrum adiutorium in Domino,
 qui fecit coelum & terram. Quare sinamus illos, & quicumq;
 sibi adeo placent, suo sensu largiter abundare.

Nostri JOHANNIS FRIDERICI famam, gloriam,
 & constantiam, nulla invidia, nulla aetas delebit unquam. Cu-
 jus sempiternae laudis summam breviter complectitur Epita-
 phium, quod Ipsi Vinariae positum extat, in gloriam Dei, & o-
 mnium fidelium exemplum; quod tale est:

Johannes Fridericus, Dei benignitate, Electus Mar-
 tyr Jesu Christi, Dux confessorum fidei, Princeps affli-
 ctorum, Comes veritatis, Signifer Sanctae crucis, Haeres
 vitae aeternae, migravit ex hac miserrima vita in caelestem pa-
 triam. Vinariae, anno 1554, 3. Martii.

Germanice hoc modo:

Jans Fridrich von Gottes Gnaden / ein erwählter
 Zeuge vnd Märterer Jesu Christi / ein Hertzog der Be-
 kenner des Glaubens / ein Fürst der Verfolgten vnd Be-
 trübten / ein Graff der Wahrheit / ein Sendrich des heili-
 gen Creuzes / ein Erbses des ewigen Lebens. &c.

Sic

Jan Friderice patris patruiq; binominis haeres
 Virtutes utriusq; geris!
 Gemmarum radiis stellata monilia Reges

Taubman. in
 carmine secu-
 lari.

Exor-

Exornare solent; tua Jan Eriderice cicatrix,
Te decorat plus quam baccata monilia regum.

Atq; hac, Auditores honoratissimi, profapia & fami-
lia illustris illa est, prater cuius majora constantia & fidei ex-
empla, à Patriarchis ad nostra usque tempora vix ulla ex-
tare, gravissimi quiq; autores testantur. Indubitanter in eam
directa sunt verba non solum Apocalyps. 3. ubi dicitur: Et
scient, quia ego dilexi te, quoniam servasti verbum pa-
tientia meæ, & ego servabo te ab hora tentationis, quæ
(Interim) ventura est in orbem universum, tentare habi-
tantes in terra. Sed etiam Jeremiae c. 51. ubi eos propter sum-
mam constantiam hanc in fide, Reges & ab Ascenas (quod ve-
rum est) ortos expresse nominat.

Wolff. in pra-
fat. tom. I.
lect. mem. p. 16.
Wolff. d. l.
Wolff. d. l.
Sid. Goldast.
lib. 1. de Reg.
Boh. c. 3. n. 1. in
not. verb.
Ascenez.
& seqq. Luo-
dob. Person.
Orat. de VVi-
teberg a p. 4. ubi
inter q; mo-
net: Ab Asca-
nii patre Go-
mero (qui est
Nox nepos)
praefecturâ il-
Electoralom &
oppidulum non
procul hinc
disitum,
Gommern /
accepisse
nomen suum.

Quapropter nos in presentiarum hoc finiamus voto: Ut
Deus Clementissimus terris hisce Saxonis & universe Ec-
clesie suæ perpetuos FRIDERICOS, JOHANNES, &
JOHANNES FRIDERICOS, Saxonicos, hoc est, Sa-
pientes & Pacificos, Constantes & Bonos, Magnanimos
& invictos Evangelii sui Patronos, confessores & defenso-
res Principes concedere & largiri velit. Sic confitebimur
Domino misericordiae Ejus, & mirabilia
Ejus filiis hominum. Ps. 107.

D I X I

Tandem in
carmine lecto

Jan Eriderice patris parvum dimovimus parces
Natus utique gessit
Gommern in radia bellata monilia Reges

Exor



ORATIO JUBILARIS

ALTERA

De

HEROICA

ELECTORUM SAXONIÆ.

MAURITII, AUGUSTI,

CHRISTIANI. CHRISTIANI II.

& JOHANNIS GEORGII

Constantia, in Religione Evangelica,

pro

Jubileâ Augustanae Confessionis festivitatem

In inclutâ Academia Wittebergenfi

recitata

à

CORNELIO Crull

ANNO M DC XXX.

Henricus Sax. Dux Legatis Georgii Ducis inter alia
sic respondit:

*An verò tanti apud me putatis ulla opes, ut earum causa à
semel agnita puraq; religione discedere velim?*

Lutherus de pio SAXONIÆ zelo & genio ita ominatus est.

Das Datt vnd Watt wird vns noch Gottes Wort rein behalten.

Prostat Witteberga apud hæredes Samuelis Seljschu

ANNO M DC XXX.

VIRIS

*Reverendissimo, Nobilissimo, admodum Reverendo,
Magnificis, Amplissimis, Consultiss. Excel-
lentissimis,*

*Electoralis, quod Dresdæ est, Protosynedrii
Ecclesiastici Assessoribus eminentissimis:*

DN. MATTHIÆ HÖE ab HOENEGG

*in Gönsdorff / Ober & Nieder Rachwitz / hæreditario,
SS. Theol. DOCTORICEleberrimo, Serenissimo Saxoniae
Electori à Sacris confessionibus, consiliis
& concionibus primariis:*

DN. ÆGIDIO STRAUCHIO,

*SS. Theol. Doctore eximio, Ecclesiae Dresdensis,
& Vicinarum Superintendenti
vigilantissimo:*

DN. LEONHARTO KOPPELIO

*ICTo clarissimo, Magno Electori Saxoniae ab Ap-
pellationum Consiliis:*

Dominis, Patronis & Promotoribus

ter maximis

Reverentia

qua potest humilima

Offert & consecrat

CORNELIO CRUPPE

ORATIO

JUBILARIS ALTERA.

Quemadmodum omnes fere nationes & gentes, sua quæque peculiaria mala, quædam etiam bona habere dicuntur; Sic etiam plerasque, maxime verò Illustrium & Nobilium familias, peculiare corporis formas, animique virtutes & vitia quasi familiaria tenere, continuatamque serie servare, jam dudum à magni nominis politicis viris observatum fuit. Legimus Appios ambitiosos, Valerios populares, Fabios patriæ amatores, Scipiones ambitiosos & bellicosos, Claudios superbos; Lælios hilares, Brutos constantes fuisse.

Tantamque vim procreationis esse volunt, ut quasi sanguini, membris, crinibus, dentibus inhereant multa; Ut etiam hereditariis morborum & mortis generibus multi extinguantur, plurimi & casibus iisdem subjiciantur. Scimus enim IOH. FRIDERICVM Sax. Ducem, eodem die etsi diversis annis custodiæ traditos fuisse. Constat insuper Mauritium & Christianum I. Sax. Electores eodem ferè ætatis & gubernationis anno vitam cum morte commutasse.

Quibus & similibus historicopoliticorum observationibus, eò promptius assentior, quoties viva ejus rei exempla in Serenissima Saxonix familia oculariter deprehendi video. Ibi namque, si unquam Brutos constantes dixeris, certè Saxones hoc est, Saxonix Principes jure meritoque Constantissimos dixerim. Taceo sexcenta alia in politicis quibusque

busq; actionibus præclara hujus rei documenta, quorum tot
 tantaq; apud Historicos passim invenias elogia, ut vehendis nec
 plastrum nec navis sufficiat. Imprimis verò in religionis & fi-
 dei negotiis, heroica horum Principum semper eluxit animi
 constantia. Quod decus egregium & verè regium cum primis
 Electoralem Saxonie domum proprium ac velut hæredi-
 tariū sibi fecisse, superiori Oratiuncula quodammodo pro insti-
 tutiratione demonstrandum nuper suscepi. Quia verò tempo-
 ris ratio tum non ferebat, ut uno sermone omnia sigillatim ab-
 solverem; Ideoq; visis tum primis Evangelicæ doctrinæ re-
 stauratoribus, FRIDERICO, IOHANNES & IO-
 HANNE FRIDERICO Electoribus gloriosissimis;
 Nunc ad reliquos ejusdem fidei assertores strenuos, MAURI-
 TIUM, AUGUSTUM, CHRISTIANUM I. CHRISTIA-
 NUM II. laudatissimos Principes, & deniq; ad JOHAN-
 NEM GEORGIUM, patriæ & religionis nostræ patrem
 & patronum unicū Opt. Maximum, Electorem & Do-
 minum nostrū Clementissimum gradu inconcusso pergam.

Quod hujus studii mei stadium ut eò facilius & felicius
 decurram, Vestrum est, Rector Magnifice, Viri admo-
 modum Reverendi, Amplissimi, Consultissimi, Expe-
 rientissimi, Clarissimi, Excellentissimi, Tuq; nobilissi-
 ma Juvenum corona, vestri favoris calcar mihi addere,
 deq; augustis angustè dicenti solitam in auscultando benevo-
 lentiam haut grt vatim impertiri.

Duces Saxonie Eridericus III. Elector, & Jo-
 hannes fratres, a'iquando in Albi Torgâ VVittebergam
 navigarunt, cumq; recenter soluta glacie magnæ moles Albi
 innatarent, hæ navim utring; quassarunt, ut cum VViteber-
 gâ in ripam egressi essent, carina navis mox latè diffinderetur
 & asse-

Richter ax. po-
 lit. 117. n. 12. &
 ax. Oecon. 1.
 n. 21. VVolf.
 tom. 2: lect.
 mem.

Et afferes resoluti diffuerent: Hoc spectaculum Principes in
 ripa consistentes intuentur, nec sine admiratione, cogitantes,
 quanto fuerint in periculo Et simul agnoscunt, navim divinâ
 ope servatam esse integram, donec ipsi egressi essent. Tandem
 post longum silentium Fridericus ad fratrem inquit: Fatea-
 mur nos esse divinitus servatos & grati beneficiû DEI
 celebremus. Quod autem nobis egressis navis dilacera-
 ta sit, profectò metuo, post nos navis nostræ, hoc est, do-
 mus nostræ dilacerationem. Cogitate hic quæso, Audito-
 res, ecquid prudentissimus Principis animus præfagiat mali.
 Nisi fallor, jam tum prævidebat Princeps sapiētissimus luctuo-
 sissimam illam navis seu domus Saxonie diruisionem, quam
 non multò post, Ipsius ex fratre nepos IOHANNES FRI-
 DERICVS Elector fuit expertus, cum à Cæsare captus, an-
 te hanc VVitebergam tam suo quàm liberorum nomine Se-
 ptemviruli dignitati renunciare cogeretur, quam statim Cæ-
 sar de familia Joh. Friderici in Mauritium Sax. Ducem
 ejusq; heredes transtulit, reliquis illius bonis Et ditionibus
 Ferdinando Regi Et Mauritio donatis. Sic itaq; Mau-
 ritius ex auctoritate IOH. FRIDERICO successor factus,
 prædecessorum suorum vestigia, cum in publicis Imperii causis,
 tum maximè in religionis negotio laudabiliter secutus est. Ha-
 bebat Mauritius patrem Henricum, Saxonie Ducem, sin-
 cere religionis amantissimum Principem; Hic à fratre suo
 Georgio (quo, ut Thuanus loquitur, nonnullus Luthe-
 ranorum erat capitalior hostis; adeò ut è Pontificiis quidam
 dixerint: se malle DEUM ipsum, quàm hunc Georgium
 mortuum esse) in testamento heres scriptus erat, ea qui-
 dem lege, ne formam religionis Pontificie mutaret, aut
 nisi pareat, Carolo Cæsari Et Ferdinando Regi omnem ditio-
 nem

Sleid. lib. 19. p. 534. Thuan. lib. 4. p. 117.

lib. 2. hist. p. 57.

Dress. millen.

sex. part. 2.

pag 433.

Dresser. d. l.

Sleid. lib. 12.

p. 318. Thuan.
lib. 2. Chytra.
lib. 9. Fabric.
Sax. illust. lib.

Steid. lib. 12.
p. 311.

Dan Otto de
jur. publ. c. 17.

nem cederet; missis hoc nomine legatis ad Henricum, qui de ipsius sententia inquirant eiq; persuadeant; Hic legati inter varia argumenta svasoria hoc maxime urgebant: Georgio esse multum paratæ pecuniæ, multum exquisitæ suppellectilis & argenti plurimum, quæ sit consecuturus omnia modò voluntati fratris morem gereret: Ibi impex Henricus legatis, Sane vestra hæc, inquit, legatio mihi planè representat illud, de quo proditum est sacris literis, cum Satanas Christo polliceretur totius mundi regna, modò procumbens ad pedes ipsum adoraret. An verò tanti apud me putatis ullas opes, ut carum causâ à semel agnitâ purâq; religione discedere velim? multum certè vos expectatio fallit. Adeò Dux Henricus Evangelicæ religioni addictissimus erat, ut quamvis tenuioris fortune esset (proindeq; sine contributionis onere à Smalcaldicis in fædus reciperetur) tamen nullatenus suis necessitatibus contra fidem & conscientiam subvenire voluit; Maluit cum Regio Propheta, fores observare in atrio domus DEI, quàm habitare in tabernaculo impiorum. Verùm hujus suæ constantiæ mox fructum ferebat uberrimum; antequam enim legati, accepto tali responso, domum redissent, jam è vita discesserat Georgius, relicto sic testamento illo imperfecto. Statim ergò Henricus Illius hereditatem, legitimo successione jure ad se devolutam apprehendit, atq; Dresdam & ad reliqua profectus oppida, suam in fidem populum adegit; Ipsi namq; Georgius testamento suo nulla ratione præjudicare potuit, ut qui de re alienâ, principatu nempe & feudo Imperii, testatus erat; quales Principum dispositiones, jura Imperii publica & feudalia omnino respuunt. Ita scilicet generationi justorum benedicetur, & Dominus dilectis suis dabit in somno. Adeò verum est illud

illud vulgi dixerunt: Cui concedit Deus, benedicat & Petrus. (Was dir Gott gönnet / wird dir S. Peter nicht nehmen).

Dant, Alighe-
rius Florenti-
nus lib. 2. de
Monarchia

p. 183.

Atque haec omnia, Auditores honoratissimi, de Henrico optimo Saxoniae principe haecenus dicta, eo pertinere intelligitis ut memoriâ repetamus, quam pii & Christiani hujus patris piissimi & Christianissimi filii fuerint, MAURITIUS, AUGUSTUS & inde descendentes in hunc usque diem continuata serie Principes & Electores religiosissimi. Quod quidem hodieque cum primis Cutsemium Coloniensem quam maxime urit, qui Henricum Principem, hodierni Electoris nostri Serenissimi proavum, ob introductam & in posteros suos propagatam religionem Lutheranam, perstringere non veritus fuit in sua quam scripsit & sibi (qua non erat nec erit) finxit Saxoniam Catholicam. At Presbyter ille jamdudum tulit debitum suum responsum Evangelico-Saxonicum, quod sibi habeat & abeat.

Ad Mauritium revertor, is, uti patrem habebat sinceræ religionis amantissimum, ita, qui Ipsi patris loco erat, nactus fuit IOH. FRIDERICUM Electorem sobrinum suum, vivum veræ pietatis speculum. Ab utroque ad veram pietatem edoctus & educatus utriusque vestigiis constanter inhaesit; tametsi semper cum hoc moderamine; ut DEO imprimis, quæ DEI, & Cæsari, quæ Cæsaris essent, redderet. Hinc à IOH. FRIDERICO & ceteris Smalcaldicis sollicitatus, ut foederi Smalcaldico (quod Autor Autonomiae, calumniator insignis, den Schmalckaldischen Frankosischen vñ Pestilentische Bund / Alii, propter eventum infelicem, den Schmalen kalten Bund appellarunt) sese adjungiret, quemadmodum pater Henricus suo & suorum nomine se obligasset; Respondit: se à patre hoc

Sleid. lib. 12.
p. 306.

Hortled. ap.
Goldast. pol.
Imp. part. 30.
p. 1373. th. 16.

Bunting in
Chron. Brunf.
p. 311. in fine

in

Sleid. lib. 15. p. 386. Chytra lib. 9. in fin. p. 398. Sid. Heig. A. ruma. War. ab Erenb.

Sleid. lib. 17. p. 467. & p. 483. Hortled. lib. 3. de bel. Ger. 6. 14.

Tbuan. lib. 2. p. 48.

Sleid. lib. 18. p. 511.

Sleid. d. p. 511. Hordled. d. lib. 3. c. 40.

Sleid. d. l. p. 512.

in casu obligari non potuisse, proindeq; se nec teneri velle. Quod an & quatenus, vel ex contractus societatis natura, vel jure feicali quodam, ipsi licuerit, nunc non disputo; Hoc saltem addo: Plurimos etiam alios, ex Protestantibus, feederis illius non fuisse participes. Et Johannem ejusq; fratrem Albertum, Marchiones Brandenburgicos, etsi feederis illius essent, tamen Casari contra Smalealdicos militasse novimus; quod dicerent, se ratione saltem Augustana confessionis feederi addictos esse; quia vero sibi a Casare cautum sit, non peti religionem, sed quorundam rebellionis ulciscenda causa, bellum suscipi, ideoq; Casari (qui in omni feedere exceptus sit) se operam suam addixisse. Qui rebellionis pretextus tum temporis plurimos e Protestantibus in partes Casaris pertraxerat. Quam inanis vero & fucatus ille fuerit, res ipsa postea loquebatur. Is ipse vero & Mauritio imposuerat; cui etiam Cesar de religione specialiter caverat, & insuper serio mandarat, ut IOH. FRIDERICI Electoris ditiones & bona occupet, si, quod in iis juris habeat, saluum sibi esse velit, alioquin fore, ut occupantis, quisquis ille fuerit, omnia fierent, nec quicquam ipsi profuturum jus agnationis atq; pactorum, & praeterea, ob Imperii contemptum, eandem cum illis poenam subiturum.

Tum Mauritius peculiari epistolâ ad Electorem se excusabat, quam videlicet sibi necessitati parendum, & rebus tam suis quam etiam ipsius Electoris mature consulendum sit. Simulq; etiam alio quodam scripto se publice purgat & profitetur, quam inique a quibusdam proditæ, religionis insimuletur; se tamen in tuenda religione constantem fore & non aliò spectare, quam ne Saxonica domus facultates & ornamenta in peregrinas manus deveniant. Sic wolten vns!

(in

Inquit ad Imperii Ordines) Der Unersündlichen obge-
 melten Auflage / als ob wir von dem Wort Gottes abge-
 fallen oder abfallen wolten / vnd wiederumb in Päbstische
 Mißbreuch treten / auch was wir so zu verhütung ver-
 derbs Unser selbst vnd vnser Land vnd Leute / vnser Bet-
 tern Landes halben / damit dieselben nicht vom Hause zu
 Sachsen gebracht / vnd sampt vnsern vermengten Landen
 verderbt / fürzunehmen gedungen / Uns freundlich / güt-
 lich vnd vnterthäniglich entschuldigt haben.

apud Hortb.
 lib. 3. c. 41. n. 27

Et eodem prorsus animo satis scilicet ingenuo & Chri-
 stiano, Mauritius jussu Cesaris, expeditionem in Magdebur-
 genses suscipiebat. Quod etsi multis sinistram de Ipso suspi-
 cionem moveret, ac si & ipse nunc demum accensus sit in odi-
 um Evangelicae religionis, quam tempore illo interimistico, quo
 tota ferè superior Germania metu fracta, decreto illi interimi-
 stico vel omnino pareret vel se parere simularet, sola Magde-
 burga civitas constanter defendebat, publicis etiam illius de-
 creti refutationibus editis; Adeò, ut quemadmodum in-
 ter Principes tum temporis JOHANNES FRIDERICUS
 Elector captivus, sic inter Civitates, Magdeburgum il-
 lustri constantiæ exemplo cæteris omnibus præluce-
 ret.

Dress. mill. 6.
 part. 2. ira
 Mauritio.

Chytra. Sax.
 lib. 17. p. 438.

Chytr. d. 6.
 p. 442.

At nihil hic Mauritius vel odio Civitatis, vel etiam
 religionis intuitu tentavit quicquam quin potius unice ipsi
 propositum erat, ne externus & Hispanicus miles (vix abire
 jussus) in istas provincias reduceretur, quod certò futurum
 fuisset, nisi Mauritius id negotii suscepisset. Quamvis neq. in-
 ficias ire vlim, Mauritium (uti erat mirus dissimulandi ar-
 tifex) eò cupidius belli illius provinciam arripuisse, ut à delibe-
 rationibus Comitii Augustani, ubi de servanda interreligione,

Dresser. d. 6.

Thuan. lib. 4.

Chytr. d. 6.
 p. 437.

B Iuris-

neri
 tatis
 dispu-
 anti-
 jusq.
 si fa-
 litas-
 con-
 utum
 cenda
 exce-
 præ-
 artes
 le fue-
 uritio
 verat,
 I Ele-
 at, sal-
 uis ille
 s agna-
 ptum,
 n se ex-
 rebus
 lendum
 rgat &
 onis in-
 fore &
 s & or-
 en vns/
 (in-

Chytra. d. l.
p. 72.

Jurisdictionis Ecclesiasticae & honorum Ecclesiasticorum restitutione, de rebellibus puniendis, de Philippo Caroli filio in Regem Rom. contra Ferdinandum eligendo, Caesar deliberaturus erat, honestiore prae-textu abesse sibi liceret. Cum ea omnia Mauritius non probaret, adeoque quantumvis crebro ab Imperatore vocatus, comitia non accessisset. Qui candidus Mauritii affectus postea deditioe, seu, verius, pacificatione Magdeburgica facta, satis re ipsa demonstratus fuit. Ita namque de religione & pristina libertate à Mauritio Magdeburgicis cavebatur, ut multò diutiùs Eum vixisse superstitem ardentibus votis deinceps optarint.

Ludov. Person.
Orat. de VVitebergæ

Sleid. lib. 19.
p. 543.

Tam clementissimus Dominus & Patronus huic etiam Witebergæ nostræ erat Mavortius ille Mauritius; Cum enim in bello Smalcaldico hæc ipsa Urbs à Carolo deditioe capta in summo versaretur periculo, hoc tamen, providente Iehova, Mauritius singulari virtute & industria avertit, scholamque bellicis jam tumultibus & obsidione dissipatam repente restauravit; Paulò post Theologis, Melanthonem Pomerano & Crucigero Lipsiam evocatis; quos ibi perhumaniter excepit & de sua in religionem voluntate multa locutus, Ecclesie simul & Scholæ ministerium illis commendabat, & ut pro sua consuetudine pergant, hortatur, stipendia etiam ipsis constituit & donis exornatos tandem dimisit.

Sleid. lib. 15.
p. 395. Dresser.
millen. sex.
part. 2.

Sleid. d. l.

Jam antè etiam Mauritius insigne pietatis & in religionem amoris opus ediderat, dum tres illustres ludos, Misenæ Merseburgi (inde tamen Grimam postea translatus fuit) & Portæ instituit, eosque amplissimis Collegiorum, in quibus antea Monachi & id genus alii, vixerant, proventibus dotavit. Quemadmodum ex iisdem etiam bonis non solum Lipsensem Academiam duobus aureorum millibus annuis, & aliquot

quot frumenti modis auxit & amplificavit; Sed etiam tria
 Consistoria Ecclesiastica, Lipsia, Witebergæ & Misena
 fundavit; (quamvis illud quod hic Vitebergæ est, à IOH.
 FRIDERICO Electore, anno 1541. institutum velit, Ludo-

Dresser. d. 1.

Orat. de Viteberg.

vicus Person, quondam Ictus & antecessor hujus Acade-
 miae celeberrimus). Qua in re quam piè Mauritiuſ de ve-
 ra DEI Ecclesia, cui sic bona Ecclesiastica, ceu spolia Egy-
 ptiaca à Pontificiis recepta, dicavit rursus, fuerit meritis,
 quotidiana testatur experientia.
 Sed porro uti vir bonus dicitur commune bonum,
 ita Princeps bonus & Optimus, Mauritiuſ noster, non sua
 tantum Ecclesie tantam habuit curam, sed insuper aliorum
 etiam fidei suae consortium sortem cordi sibi esse voluit. Hinc
 cum anno 1551 ministri verbi divini Augustà pulsati essent, his
 quidem conditionibus: Ut intra diem tertium ante solis
 occasum ex urbe decedant, ne posthac intra fines Im-
 perii, & quam latè spectat Caesaris jurisdictio concio-
 nem ullam habeant, ne quem ex propinquis aut ami-
 cis conveniant, neque sui discessus causam ullam di-
 cant, ne cui post in urbe scribant, aut quid cum ipsis
 actum sit, exponant; idq; sublatiſ digitis per iuramentum
 pollicerentur. Mox anno sequenti Mauritiuſ Augusta ca-

Sleid. lib. 22. pag. 654.

Sleid. lib. 24. p. 708. & seqq. Thuan. lib. 10. p. 276. & seqq. Hortled. tom. 2. de B. G. lib. 5. c. 12.

pta, ministros Ecclesie loco restituit & concionibus denuò præ-
 fecit, summa cum populi voluptate atq; letitia.
 Quà restitutione tam egregiè de Augustana Ecclesia
 meritus fuit Princeps Optimus, ut exinde hodieq; Augu-
 stani Cives Evangelici fundatam suam intentionem oscu-
 lariter docere possint; scilicet se inde ab illo Mauritiæ resti-
 tutionis tempore in continua juris sui autonomici possessione
 vel quasi, sine usurpatione seu interruptione extitisse. Ita

resti-
 in Re-
 ratu-
 omnia
 Impe-
 Mau-
 Mag-
 ng. de
 cis ca-
 denti-
 ondi
 etiam
 cum e-
 ne ca-
 te leg
 pertit,
 im re-
 Rome-
 aniter
 Eccle-
 ut pro
 s con-
 in reli-
 ifena.
 s fuit
 quibus
 s dota-
 um Li-
 & ali-
 quot

**Magnus ille Mauritius non sibi tantum sed & amicis, maxi-
mè verò fidei consortibus (juxta monitum Apostoli) prodesse
voluit.**

*Sed nondum satis; patriæ etiam universæ Germaniæ,
senatum esse volebat: Hinc anno 1552, ubi pristinam Germa-
niæ libertatem & religionem orthodoxam in acie novacula
quasi constitutam videret, neq. ullis mitioribus remediis locus
relinqueretur amplius, tandem pacto cum Rege Galliæ & qui-
busdam Imperii Statibus fœdere, de vindicanda patriæ & re-
ligionis libertate expeditionem suscepit, eaq. demum effecit, ut
sua Reip. tum Ecclesiasticæ tum Politicæ dignitas & libertas
salva esset; In ita de eo Passavii transactione, quam postea
anno 1555. Augustæ plenior & perfectior insequebatur Paci-
ficatio, quæ ab objecto potiori, religiosa denominata fuit.*

*Hæc Germaniæ palladium est; Hæc unicum &
adamantinum illud vinculum quo qualescunque illæ
Imperii nostri reliquiæ & ferro-lutei pedes utcunque
continentur & à dissolutione atque ruina hætenus
conservantur; Durch dieses hochnötige Band, / ut Reve-
rendi patres nostri im Evangelischem Augßpffel loquuntur / ist /
nechst Gott / das sonst auff Döhnern vnd schwach-
chen beinen schlotteerde Römische Reich für gantzlichem
Vntergang bißhero behütet worden. Quod totum & omne
quantumcunq. est, totum Mauritio, post DEVM, debetur
unicè: Unus homo nobis cunctando restituit rem. Hic
non minùs atq. Cyrus Iudæorum, temporalis Majorum no-
strorum Salvator erat. Ut non omnino frustra sit, quòd inde
ad hæc nostra usq. tempora, quoties de bello contra patriam
aut religionem suscepto, fama vel sermo fiat; omnibus statim in
ore & votis sit: Utinam adsit MAURITIUS Saxo-
cujus*

Steid. lib. 23.

& 24.

Thuan. lib. 9.

Sbytra. lib. 17.

qua latine &

Germanicè ex-

cat apud Gol-

daft. Hortled.

VWolff.

War. ab

Erenb.

Syring. d l.

pac. Relig.

th. 12.

in prelat. p. 6.

Dresser. Orat.

de bello Turci-

co. in princ.

cujus virtute & auctoritate pax & tranquillitas restau-
rari & conservari queat! Sed transiit, transiit, inclutus il-
le Saxoniae, duodecim nobilissimis expeditionibus cla-
rissimis heros; Germania Achilles, & seculi nostri Alex-
ander Magnus; ante annos animumque gerens; curas-
que viriles, ante annos etiam diemque, (heu citius nimium!)
patriae & Ecclesiae ereptus. Sed tamen bene his semper fuit
hactenus, aritque cum D. E. O. quamdiu de stirpe aut sanguine
Mauritiano surculi illustris viguerunt, & impofterum vige-
bunt.

Mauritius in bello Sivershusiano, pro salute & pace
Imperii victor occumbens, sine liberis defunctus, reliquit Ele-
ctoratus successorem *AVGVSTVM*, fratrem Germanum;
Augustum inquam, verè Augustum, vel potiùs Augu-
stissimum. excelsi ingenii & summæ sapientiæ Principem,
ad omnem posteritatem commendandum. Cui (ut cum Cö-
lero nostro loquar) procul dubiò nomen fataliter Au-
gusti in prima nativitate inditum fuit; quòd nimirum
omnia sua consilia ad augendam Ecclesiae purioris &
Reip. Rom. tranquillitatem & status publici dignita-
tem, simulque ad justitiæ æquabilis conservationem sem-
per direxerit sedulò; Ut non immeritò in illam unam
columnam omnium oculi per Imperium conjecti fue-
rint; Utque (ceu Dresserus loquitur) bonam magnamque
partem dignitatis & auctoritatis Imperii, humeris suis susti-
nere videretur. Proindeque tanti Ferdinando I. Maximi-
liano II. Rudolpho II. Impp. gloriosissimis semper estima-
tus fuit, ut Ille Maximiliano filio, successori suo paulò ante mor-
tem hortator fuerit, Hunc (Augustum) coleret, si vellet
esse salvus. Maximilianus etiam fratris concordissimi, &
Rudol-

Heig. 1. q. 16.
n. 60.

Heig. d. l. n. 46
13. Lud. Person
Orat. de VVi-
teb.

Zanger. Orat.
de init. & in-
crem. doctrin.
& Doctor. Ju-
ris in Ac. VVi-
teb. Chytra.
Sax. lib. 15.
p. 39.

Sleid. lib. 25.

Job. Gerh. de
Mag. pol. §. 168.
& 211.

Lud. Person.
Orat. de VVi-
teb.

Bertram de
Comitiis th. 523
part. 1. de pro-
cis. ex. c. 11.
n. 100.

Dress. Orat. fu-
nebr. Christ. 13

Dress. d. l.

Rudolphus patris venerandi instar eum habuerit & coluerit. Erat enim talis qualens Amphitraxium Aeschylus describit: bonus, pius, fortis & magnanimus; ex cuius pectore tanquam ex fonte quodam consilia optima profuebant.

De qua Augusti filiorumq; & successorum ejus singulari & perpetua erga Imperatoriam Majestatem observantia, fide & affectione, vel inviti hodieq; testari coguntur Dillingenses J.Cti, Saxonicae domus & religionis hostes; quorum ipsa verba huc asferre placet: Augustus (inquiunt) ejusq; filii Saxoniae Duces & Electores in Caesaris fide atque obedientia constantes permanserunt. Scilicet hoc nise Dillingenses, & qui ab illis pendent, ultro fateantur, dico vobis, lapides clamabunt.

Hic, inquam, Augustus Elector, uti optimos quosq; quos unquam omni sapientiae, justitiae & fortitudinis laude cumulatissimos familia Saxonica tulit, principes omnimodo equavit, ita maxime nulli vera religione & pietate secundus fuit! Non dicam modo, quam beneficus & munificus in egenos verbi divini ministros, eorumq; pauperes viduas liberos & pupillos, fuerit Princeps, in quorum sustentationem, centum aureorum millia sive (ut vulgo loquuntur) tonnam auri constituit & legavit, cujus annui redditus, quinq; nempe aureorum millia, singulis annis, per inclutum hunc Electoratum, miserabilibus illis personis distribuuntur. Neq; etiam dico, quam Augusta ac plane regia, Augusti Electoris in nostram hanc Academiam, vera (ut eam Chytræus appellat) de DEO & omnis elegantioris doctrinae, domicilium, omniumq; piarum in Germania scholarum metropolin munificentia semper fuerit; siquidem sat notum est, quod aliquando vix intra 4. annos,

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

Hier. 1. p. 7. g. 11

od n

nos, sortem seu caput pecunie, ad quinquaginta aureorum mil-
lia, in eam impenderit. De quibus omnibus & multis aliis
nunc malim silere quam pauca dicere.

Illud hac vice saltem attingam, quantoperè de Pacifi-
catione Religiosa (cujus fundamentum jam Passavii à Mau-
ritio jactum erat), ejusq; confirmatione & conservatione la-
boraverit Augustus. Ubi primo meminisse oportet; inter alia
Transactionis Passaviensis capita cautum quoque fuisse: s. Wann deñ
folgends
Ut proximis comitiis intra semestre instituendis, plenior omni-
um rerum deliberatio suscipiatur, & jam facta transactio,
magis declaranda, confirmanda & ad plures qui in eam non-
dum consenserant Principes, extendenda veniat. Cum verò X. A. Aug.
spurg an. 1555.
in pr.
Comitia ista propter varia bellorum impedimenta ad annum
1555 dilata essent, atq; interim, Mauritio defuncto, Augu-
stus in Septemviratu successor factus esset; Præ cæteris hunc Sleid. lib. 25. in
pr. p. 772. Ber-
tram de Comit.
th. 52.
Rex FERDINANDVS missis cum literis tum internun-
ciis cum primis sollicitabat, ut Ipse ad comitia veniret. Ast pro-
pter turbatum Saxonie statum, Augustus, quamvis ipse veni-
re non posset, ita tamen rem per literas & legatos agebat se-
dulò & serio, ut non immeritò rei tam bene gestæ primas Ipsi
soli tribuamus oportet. Quamvis enim Passavii, Mauritio Ant. Faber de
Religion. re-
gend. lib. 4. c. 16
n. 4.
urgente & impetrante, religionis pacificatio quodammodò ad-
umbrata & informata esset, Eidem tamen, post Mauritiū fra-
tris obitum, præ cæteris omnibus, legis publicæ & pragmaticæ
sanctionis robur, adeoq; æternæ, inconditionatæ, Cæsareæ X. A. an. 555.
s. vnd nach
dem
Regiæq; & omnium Imperii Statuum fide adjuratae pa-
cis normam & formam acquisivit solus AVGVSTVS.
Atque ita quemadmodum duo fratres FRIDERICVS Ant. Fab. d. l.
n. 5, 6, & 7.
& IOHANNES Saxonie Duces, Evangelicam veritatem
ex tenebris Ecclesiæ, divina voce evocatam, primi suscepe-
runt.

runt, atq; exemplum vindicanda religionis illustre ediderunt & ita Mauritijs & Augustus fratres, Sax. Duces, eandem variis bellorum atq; offensionum procellis jactatam; in portum ex alto invexerunt, & in ore atq; oculis omnium gentium positam tutati sunt, & deniq; custodia & securitate Imperii, tanquam fossa & vallo se tam amplificaverunt.

Hoc opus, hic labor est, hic erat artis opus!

Et quamvis Augustum hoc religionis praesidium, non modo statim a primo sui ortu abjuratum haberet hostem Paulum III. Pontificem, qui Caesarem, ut illud irritum faceret, sollicit asseditur; sed & hodieq; variis variorum cuniculis, insidiis & technis tentatum fuerit, (quarum catalogum cum suis autoribus non ita pridem Reverendi patres & Theologi nostri in Evangelischem Aug Apffel) ad oculum palam exhibuerunt) nondum tamen, quae singularis DEI providentia, nostrorumq; serenissimorum Principum vigilantia atq; constantia est, haecenus vel penitus oppugnari vel expugnari potuit.

Ut merito exclamem cum Venerandis nostris Theologis, jam dicto loco: Das dieser Heilsame Religionfriede nechst Gott der starke Pfeiler sey / auff welchem das H. Römische Reich eine gute zeit noch gestanden.

Sic igitur impetrata & confirmata hac religionis pace, AVGVSTVS Elector totus in eo fuit, ne quâ adversariorum fraude, vel aperta vel occulta, ullum ei praesudicium fieret. Quapropter cum anno 1582. Gregorius 13. Pontifex Rom. calendarium emendatum (quod Gregorianum nominari volunt) Rudolpho 2. Imperatori, in comitiis Augustanis per Episcopum Tridentinum misisset, ut illud in Germania quoq; promulgari curaret; Caesar etiam se cum Electoribus

Sleid. lib. 26. p. 799.

p. 195. & seqq.

p. 189.

Lindorp. in contin. Sleid. lib. 22. p. 506. & seqq.

& Principibus (qui jam pleriq; discessissent mature deli-
 beraturum ostendisset, & inter ceteros etiam Augusti
 Electoris consilium exquisivisset; Tum Augustus post
 multas alias gravissimas rationes respondit: Cavendum
 etiam esse, ne Pontifici novam & inusitatam juris-
 dictionem & potestatem mandandi Cæsari & Im-
 perio hac Calendarii receptione, Ordines Imperii, &
 maximè qui sint Augustanæ Confessionis, tribuant: Lundorp. d. l.
 Qua gravissima responsione effecit, ut non solum Protestantes
 Imperii Status calendarium illud, novo-Gregorianum repu- Rüding VVeb-
 diarent, sed etiam quòd Cæsar ipse veterem & usitatam Ca- ner, Schöb-
man. Add. Sy-
ring. de pac.
relig. t. 320
 lendarii formam in Camera judicio retinendam mandaret. Idq;
 etiamnum in Camera servari, gravissimi quiq; Icti & Cæ-
 meralium Observationum scriptores attestantur.

Illud verò hic maximè suspectum fuerat Augusto, quòd Besold. lib. 1.
p. 1. 3. n. 24. o. 2.
extat ap. Gol-
dast. tom. 3.
Const. Imp. p.
577.
 mandato Pontificio, de recipiendo Calendario, hæc inserta es-
 sent verba: Mandamus, præcipimus, volumus & similia;
 Quæ quantum monstri alerent, & quàm virulentissimus an-
 guis in viridanti hac herba lateret, facile odorabatur Prin-
 ceptis prudentissimus, non ignarus ejus, quod Icti tradunt: Knichen. de
jur. territ. c. 3.
n. 297. & seqq.
Thom. Micha
de juria. th. 52.
lit. B. & C.
 Mandata & edicta actualem jurisdictionis possessio-
 nem probare. Et qui mandatis pareat, subditus esse
 putetur.

Prorsus simile singularis prudentiæ, & in veram reli-
 gionem sinceritatis suæ specimen egregium Naumburgi ede-
 bat Augustus Elector; cum Ipsi à Pontifice afferrentur lite- Thun. lib. 28.
Bertram de Co-
m. th. 10. Laq.
sua consultat.
contr. Itali in
p. 95. Arum. 60.
3. disc. 15. th. 109
 re (quæ Brevia vocant) cum hac inscriptione: Dilecto fi-
 lio &c: Eas, propter hunc suatum filii titulum (Pontifices
 siquidem Reges & Principes, filios suos nominare solent) ac-
 ceptare noluit, & minimè resignatas in hospitium Legatorum
 deferentium remisit. Erat enim rectius edoctus, quanto scili-
 cet

extat apud
Goldast. tom. 3.
Const. p. 572.

ret astu & fastu patriam hanc potestatem Pontifices sibi usur-
parent, pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro ovo
scorpium filiis suis dantes; Quemadmodum hisce verbis
Papam Pium IV. Caroli Galliae Regis Legati in protestatio-
ne, adversus Papæ iniquos & impios processus & Con-
cilii Tridentini nullitatem anno 1563 publicè exhibi-
ta, depinxerunt.

Dress. mill. 6.
part. 2. in
Augusto.

Orat. paren-
tal de Georg.
Myllo p. 39.

At que satis sic, opinor, intelligitis, Auditores, quæ &
quanta Augusti Electoris in vera religione constantia fuerit;
Multò evidentiora hæc fierent omnia, si de conventibus, syno-
dis & colloquiis, Naumburgi, Dresdæ, Lipsiæ, Torgæ,
Quedlinburgi, Lichtenburgi, Hertzbergæ & alibi reli-
gionis causa ab ipso institutis, hic quaedam delibare tempus per-
mitteret. In quibus omnibus Ipse cum sociis primogeniam
illam minimèq; variatam Augustanam Confessionem no-
va subscriptione confirmavit, eamq; ad extremum usq; vi-
tæ halitum, se constanter tuiturum esse, publico scripto ad
Ferdinandum Imperatorem professus fuit. Cujus rei
cum primis hodièq; testis est formula illa concordia, au-
reolum illud (ut B. Hutterus loquitur) Christianæ con-
cordia; Cujus primus post, DEVM, dux & autor Au-
gustus fuit, Qui (verba sunt B. Hutteri) ceu alter se-
culi nostri sive Josias, sive Hiskias, eo ipso velut aureo
in Ecclesiis Evangelicis, ingenti curâ, maximis im-
pensis, & immenso labore constituto trophæo, tanto
seculum superiùs beneficio affecerat, ut majori nemo
quisquam potuerit. Utq; tanti beneficii fructus, ad suos
potissimum derivaretur subditos; prudenter cavuit & iussit
Electo, ut omnes qui per universum Electoratum, docendi mun-
neribus

neribus vel in Ecclesiis vel Scholis præfecti essent, suo calculo sanctum hoc opus approbarent, deputatis in hanc rem Nobilibus & Theologis, qui non modò hic Witebergæ sed & Lipsiæ, Torgæ, Misenæ, Hertzbergæ & alibi subscriptiones ab illis exposcerent.

Scilicet hoc ipsum erat, quod jam ante Imp. Maximiliano II. disertè dixerat Augustus: Se velle etiam ministros suos idem sentire & credere in religione quod ipse teneat, & inter se omnes concordēs esse animo & fide. Cui tum quidē Imperator Maximus prudenter respondisse fertur: Ego verò id mihi non sumo, nec experiri illud aut volo aut debeo, qui imperiū in conscientias non habeo, nec mihi vendico, & quæ sit conscientiarum carnificina, si cogantur, non ignoro. *Quæ utriusq; Principis Optimi Maximi sententia, utraq; suo sensu verissima piissima esse poterit; quod tamen nunc non tango.*

Illud sanè, si per tempus liceret, non prætermitterem; quàm scilicet maximè injuriū in Augustū hodieq; sint Iesuitæ, qui sine fronte affirmant: Augustum & reliquos Protestantē, conscripto illo concordiaē libro, à prima illa Carolo V. Augustæ exhibitæ confessione secessionem fecisse, & per hoc pacis religiosa beneficio se indignos reddidisse. *Quæ anilia & futilia Iesuitarum commenta, nuperimo Saxonico Augustanæ Confessionis apologetico scripto satis superq; explosa fuisse, totus judicabit mundus. Et nisi fallor, Cutsemius ipse Coloniensis presbyter falsissima hujus insimulationis Augustum purgat, dum in sua Catholica Saxonia ipsum appellat Magnum Sacramentorum Calvinistarum hostem. Quod si est, quid quæso aliud Cutsemius dicit; quàm Augustum Crypto-Calvi-*

Besold. lib. 1
pol. 3. n. 27. §. 6.

Besold. d. 1.

Evangel.
Aug. Apff.
quest. 4. §. 5.

Coler p. 1. pro-
cess. ex ec. c. 2.
n. 27.

v. de fœd c. 2.
n. 169.

in car. in se-
culari.

* Orat. funeb.
D. Pol. Lyseri.

Orat. de VVi-
tib. & de in-
crem. doct. jur.

nianis à primævo Augustanæ religionis symbolo recedentibus,
Concordiæ formulam, Augustanæ Confessionis vindi-
cem opposuisse. Hanc enim causam impulsivam libelli huius
fuisse, nemo est, qui dubitet. Augustus namq; religionem à
Majoribus & D. Luthero acceptam, in Ecclesiis suis semper il-
libatam esse volebat. Sed quorsum dilabor. Tempus me
monet, ut relicto Augusto Principe augustissimo, ad filium
Ejus CHRISTIANVM me convertam, Principem non
tam paternarum ditionum & dignitatum heredem, neq; tam
similitudine corporis & vultus, quam animo recto ad pieta-
tem & pacem composito, patrem Illustrissimum ad amissim refe-
rentem, Ducem magnanimum, Germaniæ (ut loquitur
de eo Waremundus ab Erenberg) decus, & delicias ætatis
nostræ; principem industriâ, fide, ingenii promptitudi-
ne, formâ imprimis, pietate præstantissimum. Quem,
ut Taubmannus olim, sic mihi nunc ejusdem verbis affari
liceat.

At non te fileo, CHRISTIANE, Augusta propago:
Qui patris & patruigeris unus utramq; figuram;
In te spirabat Patruis vis Martia; Patris
Regia serietas. Par ardor utriq; sacrorum
Parq; profanorum; Patrumq; patremq; gerebas.
At non ista diu tenuit fortuna favorem
Cum vix ostensum tantis te dejicit ausis.
Inq; vno geminos Patrumq; Patremq; trucidat.
Usq; adeo summis diuturnum stare negatum est.

Sane sic est omnino, uti Taubmannus cecinit, adeoq; non im-
merito Princeps hic & Elector, ab Huttero Theologo, * ma-
gnanimus heros, cujus animus excelsus & ad maxima
quæque natus sit; à Zangero & Ludovico Personi Icti,
Chri-

Christianus verè Christianus, imò Christianissimus,
 Iessenio Medico hujus Academiae quondam celeberrimo, ut refert Autor
 magnus & sanctissimus verè appellatus fuit. *facit abuli*

Quibus tantorum omnium Facultatum Virorum
 elogiis, Principi huic tributis, simul & semel omnia dixisse
 videor, quae de tantis tanti Principis laudibus vix integra
 oratione comprehendi possent. De singulari tamen Celso
 rudinis Illius pietate, pauca saltem asserne hic locus esflagi-
 taret, si tempus permitteret. Extant ea de re Dresseri,
 Jenisii, Salmuthi, Cummeri, Fausti, aliorumq; publica plu-
 rimaq; scripta ac testimonia, ad quae brevitate studio Lecto-
 rem remissum volo.

Summam ferè illorum partim verbis Reverendi Dn.
 Hutteri breviter exponam: Princeps ipse de religione
 rectissimè sentiebat, sed facilitate Illius, fex Sacra-
 mentaria perfidè abutebatur, Ille artes; dolos, frau-
 dos, atque insidias Calvinistarum minimè edoctus,
 candorem de singulis consiliariis ipsemet candidissi-
 mus sibi pollicitus erat; Sed non deerant tum in aulâ,
 tum in Academiis quidam Sinones, qui progressu
 temporis variis artibus atque dolis, optimum Optimi
 principis animum sibi devincirent & in mores men-
 temq; ab institutione paternâ inflecterent. Sicq; mil-
 le artifex diabolus, quam vivente Augusto fabulam ha-
 ctenus timidè, rectè & quasi per cuniculos agere coepe-
 rat, jam pleno ausu ac theatro, publicè ludere non du-
 bitavit. Quae omnia etsi prout à B. Huttero narrantur,
 negari facile non possint, & Princeps Optimus importunis
 Sinonum illorum interpellationibus & fallaciis enecatus, in-
 dielgentior quandoque fuerit, nunquam tamen Heroico-Sa-

sonicus Ipsius candor, & hereditarius vera religionis ardor
 frangi omnino atque deleri potuit, sed vicit ist tandem atque
 emerfit; Ejusque, ut sapius ante, sic maximè in morbi &
 mortis articulo insigne ac verè Christianum præbuit speci-
 men Christianissimus Elector, dum præter Sacra Scriptu-
 ra dicta & B. LUTHERI scripta nihil quicquam à quoquam
 afferri sibi voluit, sepius hæc verba ingeminans: **D**
Luther / Luther / was Luther geschrieben / das hat noch
Krafft vnd Geist. Atque insuper cum vita finem instare
 cerneret, filios Principes unâ cum Informatore vocari ad se
 jussos, Illos cohortatus est ut veræ pietati & virtutis studio
 se traderent; Huic verò magna severitate injunxit, ut sincera
 religione, haut aliunde, quam ex limpidissimis S. Scriptura
 fontibus, ac Catecheticis Lutheri libellis deprompta, Prin-
 cipum animos imbneret, ut extremo die ad sanctissimum I E-
 SV Christi tribunal rationem administrati muneris redde-
 re possit intrepide. Sicini ergo satis ostendit Christianus
 noster, cujus spiritus filius esset? Quis igitur non fla-
 gris & sententiâ dignos judicabit ingrattissimos & scelestis-
 simos (verba sunt VVaremundi ab Grenberg) calu-
 mniatores illos, qui principem hunc impudenter va-
 riis modis traduxerunt & injuriosè affecerunt, tor-
 menta auditori, ac falsa rei graves autores admoventes,
 fraudem primum & mendacium, perjurium & ob-
 testationem testes provocantes: Quam maculam a-
 pud omnem posteritatem non debeant calumniato-
 res, & extremi judicii die rationem reddent inaudita
 malitia; Nonne in optimi Christiani Electoris, ut in
 mortui Hectoris corpus Græcorum multitudo conje-
 cit tela; sic levitas & plebeiorum & sacerdotum in fa-
 mam

P. Jenif. nar.
 ration. de Cbri-
 stian. II. p. 8.

Bib. I. de fæd.
 o. 2. n. 169. &
 seqq.

nam & existimationem vel reputationem (ut hodiè lo-
quimur) impetum fecerunt? Loquantur illi, qui inno-
centissimo Principi ad extremum vitæ spiritum adfue-
runt, certè loquentur præclara, honesta & memorabi-
lia omnia, Isti verò crassè mentientes multò deteriores
sunt iis, de quibus Seneca; *Historici, inquit, multa menti-
ti sunt ad arbitrium suum &c. adjiciunt; penes autorem fi-
des erit: Calumniatores verò prædicti nec autorem nec
testem citant. Peregrinatus est in maxima dignitate
imò eminentissima aliquantisper, ut bonum & maxi-
mo animo præditum virum decet, & versatus est tan-
quam hospes in regionibus non exiguis. Decesit de E-
lectoratu sine recûsatione, vel gaudente animo, imò
alacri in confessione veritatis æternæ & assidua invo-
catione filii DEI, acquiescens in spe promissionum
divinarum, abiit hinc ultimæ voluntatis libero stylo,
& libero, quod iterum non redit, arbitrio relicto, non
tam de relictis thesauris & regionibus, quàm Ecclesiâ,
scholis & filiis sollicitus; Horum sæpiùs, illorum nullam
faciens mentionem. Bonus ac optimus Princeps, cum
Fabio imperium suum minui per vanitatem populi,
quam secunda famâ malè rem gerere voluit. *Hactenus
Vvaremundus ab Erenberg. Quibus adjicio; vivam in hoc
principe praxin nobis ob oculos poni ejus, quod Politici venti-
lare solent: Utrum meliùs sit principem bonum habere,
& malos consiliarios, quàm contrà, malum principem,
& bonos consiliarios. Cujus dubii decisionem hæc ipsa
facti species facile suppeditabit.**

*Sed nos porrò de Christiano & optimo patre judica-
bimus*

*Hænon. disp.
pol. 4. th. 20.
Besold. lib. 2.
fol. 3. n. 37.*

Hutter. Orat.
funebr. Chri-
stiani 2. p. 8.

bimus ex optimo filio CHRISTIANO II, legitimo Electo-
ratus successore. Huic Christianissimo Principi pietas
tantum non per manus tradita, sed cum lacte materno infusa
est, matre serenissima Principe SOPHLA, Duce Brande-
burgica, purioris Religionis Lutheranae constantissima
assertrice imò & vindicatrice. Pietas Ipsum (loquor
cum Theodoro Sibero) in amplissima & Imperiali fastigio
proxima dignitatis sede collocavit; Hec ille & Augusti feli-
citem & Trajani bonitatem infinito intervallo excelluit.
Hujus deniq; pietatis & verae religionis amore, studio, conser-
vatione ac propagatione, & Optimus Maximus, & pater pa-
triae, & amor ac deliciae generis Christiani censei jure po-
tuit.

Hutter. Orat.
funebri Po-
lyc. Lyseri pag.
35.

d. p. 35.

Hoc Christiano Principe exorto, simul atq; ejus nomi-
ne Electoratus tutela in Illustrissimum & nunquam satis lau-
datum principem FRIDERICVM VVILHELMVM Sa-
xonia Ducem translata esset, jam id tempus etiam illuxerat,
quo DEVS Opt. Max. propitio rursus vultu miseram ac
tantum non desperatam Ecclesiarum Misnicarum sortem re-
spexit. Quemadmodum enim (verba sunt B. Hutteri)
ex tristi obitu Patris Augusti Electoris, Sacramentaria lues u-
niversum pene Electoratum Saxonicum invasit, ita ex pra-
matura nimis morte filii CHRISTIANI I. augustissima re-
cordationis principis pestilentissimo huic malo medicina parata
fuit. Cum primum siquidem divino auspicio ad Electoratus
dignitatem evectus CHRISTIANVS II. Elector, guber-
nationis auspicata vix unum aut alterum edidisset exemplum,
dici non potest (inquit Hutterus) quanta statim orthodo-
xorum alacritas & exultatio: quanta haereticorum trepida-
tio extiterit; Ut neq; illi quicquam optatius sibi potuisse con-
tingere:

Hutter. Orat.
funebri Chri-
stiani II. pag.
13. & seqq.

23
tingere; neq. hi quicquam sibi spei amplius superesse arbitra-
ventur. Vidisses tum orthodoxos fortes, erectos, constantes,
Schismaticos humi repentes, tristes, abjectos; Illos de verita-
te triumphantes; Hos omnis consilii inopes & expertes; Il-
los, de tanto Principe sibi gratulantes, & pro ejus salute vota
facientes; Hos post cæcæ anxie & in insidiis latitantes;
Illos in cælum quasi sublato, hos infra terram amandatos; &
ita amandatos, ut citius Turcam, aut Mahometistam, quam
Calvinianæ sectæ assecram, hisce in provinciis invenisses.
Quam ad rem non multis edictis, non proscriptionibus, non le-
gibus humano sanguine scriptis opus erat: Sed quemadmo-
dum Sol exoriens nebulas disjicit; Sicut ventus aream purgat: ita
Principis nostri pietas, religio, zelus dissipavit hæreticos;
Hinc mox sub primum Electoratus auspiciis, hereticorum
quorumvis, singulariter verò Calvinianorum blasphemias ad
orcum usq. relegatis, singulos & universos, quot quot quidem
in clyto Electoratu Saxonico, & adherentibus provinciis, sive
in templis, sive in scholis, sive in curia publicam navarent ope-
ram, ad illius fidei professionem non coactam, sed liberam, non
simulatam sed apertam, non menstruam, sed constantem, so-
lenni juramento adstringi voluit; que ex fontibus Israelis
hausta, Augustanæ Confessionis, primæ illius minimeq. varia-
tæ Symbolo comprehensa, in aureolo deniq. illo Christianæ Con-
cordiæ, adversus quorumvis Sophisticationes, invictè asserta
& confirmata est. Hinc sumtu magno, cura ingenti, fide sin-
gulari geminam quasi lustrationem (vulgò visitationem
appellant) per idoneos censors fieri voluit in eos, qui Eccle-
siis, Consistoriis, Academiis & Scholis istarum regionum pu-
blicè præsent; ut de pio in veritate consensu liquido constaret;
& sic totum Reip. corpus bene haberet.

D

Hacten-

*Hactenus pro Christiano Electore B. Hutteri verba
retuli; Ipsius enim quam meis hac de re dicere malui. Sed au-
diamus etiam ipsum Principem pie & Christianè loquentem.*

*Bid. mandati
compedio Hut-
teri præfixum
pag. 2. & seq.*

Ab eo ipso tempore, inquit, quo divina gratia ad Electo-
ratus culmen atq; fastigium sumus evecti, nihil prius
aut antiquius habuimus, quam ut Religionis puritas,
nostris in provinciis sarratecta affereretur & propaga-
retur. Quo nomine singulos initio ac universos no-
stræ Jurisdictioni subjectos, & quidem in publicis mu-
neribus tam civilibus quam sacris constitutos, religio-
so sacramento obstrinximus, quod Confessione Augu-
stana, non variata, sed primæ; quod ejusdem Re-
petitioni in libro Concordiæ, adversus quorumvis ho-
stium insultus ac sophismata evidenter satis assertæ, de-
claratæ, corroboratæ ex asse essent addicti; quod deniq;
divina adjuti gratia, ad finem usq; constantes fidei &
Religionis assertores esse ac perdurare vellent. Præ-
terea ut venerandum Religionis Palladium, tantò evi-
dentiùs omnibus innotesceret, neq; quisquam ejus co-
gnoscendæ copiam sibi negatam esse jure conqueri pos-
set, Curavimus Librum Concordiæ Christianæ, in
forma (uti loquuntur) minore ad exemplum proto-
typi, ita imprimi ut pretio etiam vilissimo sibi quisq;
eum comparare possit. &c: *Simili planè modo jam ante
etiam de suo in veram religionem affectu contestatus erat Ele-
ctor in proœmio, quod novæ editioni[†] Libri Concordiæ præ-
fixum est.* Quoniam, inquit, DEUS ipse hoc tepidum
genus hominum, quod nec frigidum est nec calidum,
seriò detestatur, & minatur illis, quod ex ore suo velit
illosejicere; Idcirco & Nos confestim inito Magistratu
in hanc

*† de
anno 1602.*

in hanc curam incubuimus, ut omnes nostri Confilia-
rii, Aulici, Capitanei Officiales & reliquis muneribus
præfecti, præstarent juramentum Religionis legitime
delatum & fidem darent, quòd unà nobiscum in prima
invariata Augustana Confessione, *σὺν θεῷ* firmiter ad
finem usq; vitæ suæ perseverare velint. Quam qui-
dem rem præmeditato & omni ex parte probè delibe-
rato consilio suscepimus, hoc nimirum fine, ut isto sa-
lutari medio, DEO juvante, conatibus improbis frau-
dulentorum illorum hominum qui clandestinis moli-
tionibus talem nostris provinciis apud exteros macu-
lam aspergunt, efficaciter obsisti queat &c.

*Habetis Auditores, geminum ipsius Christiani Ele-
ctoris, de sua in religionem orthodoxam fide & constantia te-
stimonium; plura asserre quid attinet? Id saltem quod Beu-
therus refert, annectere placet: Statim à morte Christia-
ni I. nonnulli, qui ob religionis dissidium, impulsu Calvinis-
zantium Consiliariorum custodia traditi erant, liberabantur;
Inter quos balneator quidam nunciabat: se vocem quandam
insolitam audivisse, virumq; antea incognitum vidisse, à quo
ad mandatum DEI jussus sit; ut Christianum 2. Saxoniae
Ducem sub comminatione indignationis & pœna divina, à
Calviniana religione dehortaretur. Qua de re certior fa-
ctus Elector balneatorem accersit jubet, qui antedicta constan-
ter ingeminabat; visus autem instinctu quorundam talia
locutus, in carcerem rursus deductus fuit, addita commina-
tione, eam rem durioribus mediis altius inquirendam fore; Il-
le verò tum in carcere, tum extra eundem postea unum idemq;
semper affirmabat.*

*in contin.
Sleid. lib. 4.
pag. 1230*

D 3

Qua

Es. C. de Summ.
Trin.

Qua de re literum cuiq; iudicium esto; Nobis firmum
ac fixum est; DEVM, in cuius manu cor Regis est, huius
etiam Principis animum spiritu suo rexisse qui Eum in o-
mnem veritatem duxerit.

Senis. d. l. p. 69.

Quamvis autem ne tum deessent, ex sectariis illis, qui
ad cramben sepius recoctam redeuntcs, denuò Magnatum
quorundam, quin & Ipsius Principis animum per cuniculos
tentare molirentur; Obstitit tamen ille fortiter, & ad quosvis
insultus solidè munitus, eundem veritatis cursum semper te-
nuit, ad Fidei rationem, sicubi opus esset, reddendam aliis, nul-
lo non tempore paratus, ita quidem ut vel hostibus veritatis
perspicuum fieret: DEVM, Principem hunc perfectum,
reddidisse, confirmasse, solidasse ac fundasse. Sed nec ali-
ter in Pontificiam religionem animatus unquam fuit, etsi cum
præcipuis Catholicis Principibus sinceram foveret amicitiam,
ab iisdem etiam non semel Dresda & alibi inviseretur; Qua-
res imperitiores quandoq; in eam opinionem induxit; fluctua-
re in veritatis cœlestis confessione illustrem Principis
animum. Verùm falluntur plurimum iudicio, qui id sese-
runt & sentiunt; Neque enim vel ad minimam doctrinae mu-
tationem seu terroribus seu blanditiis inflecti Princeps potuit,
adversariis etiam testantibus; qui frustra expeti atque ex-
pectari à Saxone mutationem uno ore affirmabant. Res
verò ipsa docet; Principes, & cum primis (quos septem can-
delabra Imperii, Nobiles columnas, bases & latera Im-
perii; Propinquiora Caesaris membra, Aurea Bulla vo-
cat) Electores, multis cum Regibus, tum Principibus amici-
tia junctos esse oportere, licet in fidei confessione dissentiant.
Cum, quæ justa, æqua ac recta sunt, vel in ipsa religionis dif-
similitudine cum pace publica constare queant. Quo salutari

in proem. &
tit. 2, 3, 12 &
24.

tem

temperamento, CHRISTIANVS Elector, facile summos
 quoscunq; Principes in sui amorem traherat; Imprimis RV-
 DOLPHO Imperatori gloriosissimo unice carissimus e-
 rat, Cujus Cæsarea Majestas Ipsi semper sancta fuit; &
 quantopere cordi ac curæ Ipsi esset, ut sua Imperatori incolumis
 ac illabefactata constaret authoritas, luculenter aliquoties
 re ipsa testatū fecit. Quo pertinet cum primis illa fraterni non
 levis dissidii inter RVDOLPHVM & tum temporis, Hun- vid. Beuther. &
Lundorp. in
continuat.
Sleidani.
 garia Regem MATTHIAM amicitia compositio, fir-
 miorq; inter ipsos constituta concordia; Cujus rei felicior suc-
 cessus Christiano nostro non omnino denegandus est. Ita
 ille tum Ecclesie tum Reip. salutem & tranquillitatem fove-
 bat ac promovebat unice. in mandato
supra relato
de an. 1609.
 Uti verò incomparabilis felicitatis loco sibi esse di-
 cebat, (eamq; ut Ipsi & universæ Ipsius posteritati perpetuam
 esse DEVS juberet, unice optabat.) quod pristinam Reli-
 gionis puritatem Saxonibus suis restituisset, singulique
 ac universi omnium Ordinum ac dignitatum subditi
 Ipsi binis in Comitibus provincialibus sanctè testati es-
 sent, se pro fide semel Ipsi data, ne latum quidem pilum
 ab ea ipsa, quæ secundum Scripturas Propheticas & A-
 postolicas Formula Concordiæ profiteretur, doctrina,
 hætenus discessisse, vel discessuros unquam: Ita nihil
 magis in votis habebat, quàm ut alios etiam hujus felicitatis
 participes redderet, & salvificam puramq; Evangelii doctri-
 nam in extraneis ditionibus propagaret. Hinc anno 1609 am- Gerhard. de
Mag. Polit.
S. 211.
 plissima Legatione ad invictissimum Imperatorem RVDOL-
 PHVM missâ, pro Statibus Evangelicis in Bohemia inter-
 cessit, ut ipsis liberum Religionis exercitium concederetur, id
 quod

extat ap. Gold.
in Reichsa-
sung ad av.
1609.

3. d. d. d. d.
1. d. d. d. d.
1. d. d. d. d.
1. d. d. d. d.

Joh. Gerb. d. S.
211.

1. d. d. d. d.
1. d. d. d. d.
1. d. d. d. d.

Hitter. d. l.

Bar. ab E-
renb. i. de f. d.
3. 8. 196.

quod etiam singulari DEI gratia favente & Imperatoris cle-
mentia annuente feliciter impetravit. Quemadmodum & eodem
anno idem autonomia beneficium Silesiis obtinuit; Concessa de-
super diplomata Casarea haecenus Majestatis Brieff appella-
ta fuisse meminimus. Non dicam modo, quantum cura in si-
mili pro Austriacis & Moravis sustinuerit, quidq; praestiterit;
quod multi iis in locis norunt, & forte nunc demum intel-
ligunt tantum bonum, cum, quod in potestate habue-
runt, id ipsum amiserunt. O quam laudabile & Christia-
num Christiani Principis factum! Siquidem, posse o-
mnino ac debere Christianum Magistratum pro vici-
nis populis, propter veritatis confessionem pressis, a-
pud ordinarium Ipsorum Magistratum intercedere,
ut aliquid de severitate remittatur & liberum verae re-
ligionis exercitium ipsis concedatur, ipsa pietas monet.
Quam non abs re fuit suaviolum illud nomen, quo nemo non
subditorum, Principis hujus mentionem facturum addere soli-
tus est: O Candidum pectus O das fromme Herz!
Præter hæc, multa & magna alia Christiani hujus
Principis, in sinceram religionem, ejusq; confessores extant me-
rita, quæ tempus enarrare non permittit. Extarent plura
& majora multo, nisi fatum nimis prematurum, in primo
quasi tela exorsu, res & spes adeo præclaras subito abrupisset;
Nam hisce provinciis ferè accidit, quod de Marcello Juniore
Augusti ex sorore Octavia nepote, Poeta cecinit: Ostendunt
terris hunc tantum fata, nec ultra esse sinent. Nec e-
nim dies Principis hujus pervenerunt ad dies Patrum ipsius,
quibus peregrinati sunt. Equidem Illustrissimus Pater
Christianus I. itemq; Mauritius pro patris prematura
admodum morte uterq; præreptus fuit, æquali ferè & guber-
natio

nationis & ætatis tempore; Ille quidem anno ætatis 26. Electoratum suscepit, & sexto gubernationis anno obiit. Hic similiter 26 ætatis anno Elector factus, septimo Imperii anno vita functus est. At noster Christianus vix 27. annum egressus, naturæ debitum solvere iussus est.

Sed optimè sic cum Optimo Principe, nec minus bene nobiscum fuit actum, quibus divinitus contigit tam felix permutatio optimi Principis CHRISTIANI cum optimo principe IOHANNES GEORGIO, ad summa quævis nato Principe, qui, (ut Illustrissimus Franciscus Carolus Saxonia, Angaria & Westphalia Dux, apud Lansium scitè Loquitur) hodiè gentis suæ & Imperii decus singulari authoritate tuetur.

consultat. pro
Germ. in fine
p. 157. in fine.

Ad hunc ergò Principem Serenissimum, Dominum nostrum Clementissimum, velut ad portum meam tandem nunc pergit oratio. At eloquar, an Sileam? Tautologus videbor, si quod res est, dixerò, hoc est, si omnia illa, quantacunque inde à FRIDERICO capiente, & reliquis prædecessoribus Electoribus Christianissimis hætenus à me dicta, soli huic Principi nostro propria ac genuina dixerò.

Sanè divinum illud Evangelicæ reformationis opus, FRIDERICVS sapienter cepit; IOHANNES constanter continuavit; IOHANNES FRIDERICVS magnanimiter defendit, MAVRITIVS fortiter propugnavit, AVGVSTVS prudenter ab hæresibus vindicavit, CHRISTIANVS Pater & Filius, Christianè & piè fovit eiq; favit. At hic noster Elector, omnia hæc avita Pietatis Specimina sua sibi fecit. Etenim quàm sapienter, constanter & magnanimiter, periclitanti suæ, h. e. veræ Evangelicæ Religionis & Ecclesiæ per totos hosce tribulationis annos & dies

dies Patrocinatus fuerit, tota Germania imò totus orbis Chri-
 stianus satis superq; loquitur. Sic etiam Cæsari velut al-
 ter Mauritius noster, quæ Cæsaris sunt, dedit fideliter
 hæctenus, dabit & porrò DEO quæ DEI sunt. Schisma-
 tibus præcavendis & extirpandis, exemplo AVGVSTI
 Avi laudatissimo, nemo fuit ipso curiosior, quod abundè te-
 stantur, Rathmanniana hæresis, aliæq; aliorum sat nota schis-
 mata & controversiæ, quibus sedandis & sanandis, quàm ma-
 gnos in colloquia & conventus gravissimorum Theologorum
 impensas fecerit Princeps Optimus, vel Lipsia testis erit. Nec
 deniq; CHRISTIANO I. & II. Patri & Fratri, Christia-
 nissimis Principibus, verò & Christiano pietatis zelo secuudus
 vel inferior fuit vel erit unquam.

Quæ omnia satis superq; evincit vel unicum illud aure-
 um pupillæ Evangelicæ scriptum; Augustanæ Confessio-
 nis & doctrinæ Evangelicæ oculare testimonium, Serenissi-
 mo Electori nostro ad instar pupillæ suæ charissimum; quod
 speciali Celsiss. Ejus Serenitatis jussu divulgatum fuisse, ne-
 mo dubitavit, aut ullus sanæ mentis negavit hæctenus; Quic-
 quid etiam blaterent Dillingenses Jcti, quando Electori
 nostro blandientes inquit: Credi nullo modo posse,
 quod Elector Saxonæ, pacis, ut in toto Imperio notum
 est, amantissimus, talia scripta & famosos libellos (quos
 tamen Prædicantes Saxonici temerarii homines, (sic
 enim temerè loquuntur temerarii, (prætensa auctoritate
 & jussu Electoris Saxonæ Ducis, ad imponendum ru-
 di populo, vulgare audent) edi, aut approbari jusserit:
 Cum sua serenissima Electoralis Celsitudo, hujusmo-
 di contra Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam Ro-
 manam sedem publicas injurias ac contumelias in suis
 regio-

in tract. de
 Comp. pac. c.

regionibus non tolleretur, sed jam dudum prohibuiffe
 feratur. Scit enim (*pergunt*) Cellitudo sua, tales in-
 jurias non tantum in Electores, ac Principes Catholi-
 cos, quos pro fratribus & amicis suis agnoscit, redunda-
 re; Sed etiam in ipsam Cæsar. Majest. Dominum suum
 Clementissimum, cui ipse ut armiger, enssem præferre
 solet. Non autem credibile est, quod Antichristiano
 Imperatori enssem anteferre volet.

*Advertite Auditores, quàm suaviter de Electore no-
 stro Serenissimo, Ejusq; Theologis fidelissimis philosophen-
 tur Dillnngenses, non secus ac si intimiora Ejus Serenitatis
 consilia & cogitata penetrassent & in numerato haberent:
 Noverunt (nisi fallor) quomodo Iupiter duxerit Iunonem.
 Negare audent Electoris Sereniss. consensum & jussum,
 quem tamen Serenitas Ejus tota die verbis factisq; fatetur.
 De contumeliarum prohibitione ab Electore facta, si aliunde,
 quàm ex suspecta ipsorum relatione mihi constaret, ingenue
 dicerem; Serenissimum nostrum verè ducaliter (ut ali-
 cubi annales Academiae nostræ loquuntur) hoc est tanto
 Principe dignum fecisse, eoq; satis ostendisse, quàm le-
 gum Imperii (quibus omnis contumeliæ inter diversa
 rum religionum prædicantes interdictæ sunt) servan-
 tissimus & pacis amantissimus sit. Sed an per hoc Ele-
 ctorem justissimum sustulisse credas ea, quæ juris naturalis
 sunt? legitimam puta defensionem & urgentissimam injuriarum
 (quæ indies plenis buccis in nos evomuntur) retorsionem. Hei
 quàm ex verbis tuis Adversarie justificaberis, atq; ex
 verbis tuis condemnaberis. Cæterùm, quod de injuriis in
 Cæsar: Majest. Dominum nostrum Clementissimum ceterosq;
 Catholicos Imperii Principes redundantibus, frigide affertur,
 miserum sanè est, & jam dudum solide à nostratibus refutatum*

E

atq;

*U. A. an. 529.
 §. Und als &
 an. 530. §. wir
 haben & an.
 542. §. Damit
 aber. Reink.
 de reg. sec. l.
 cl. 2. c. 2. n.
 7. D. Otto jur.
 publ. c. 24. im
 §. n.*



Vid. Pupill.
Sax. quest. 7.
in fin.

32
atq; explosum meminimus. Quod ergo nostris falso impu-
tant laesa Majestatis crimen, hoc ipsum in caput ipsorum & praesertim Ungersdorfferi & Schopperi gravissimas in Evangelicos Reges & Principes calumnias eructantium, aequius verius retorquetur.

Quamobrem nec à Theologis nostris, nec etiam, cujus jussu hic libellus divulgatus fuit, ab Electore Serenissimo, ulla in quenquam redundat hinc injuria. Quin fateamur necesse est, IOHANNI GEORGIO, (qui hac ipsa sua pupilla, Augustanam Confessionem publicè coram Imperio universo iterata confessione & confirmatione repetiit & ab injuriis vindicavit) laudem non minorem deberi; quam IOHANNI Electori beatissimæ recordationis, à quo primitus illa Augustæ Carolo V. exhibita fuit. Sanè hic digitus DEI est, quòd Elector hanc fidei suæ Confessionem, mediis in periculis & persecutionibus, quibus undiq; cincta & vincta erat, constanter & heroicè profiteri non perhorruerit. Sanè hoc verè est: (ut Salvator dixit) coram hominibus confiteri.

Non dubium est, Electorem heroicà & Saxonica hac constantia sua permultos alios, minimos maximos in sui exemplum traxisse, eorumq; animos, quos fortè persecutionum crudelitas fregisset tandem, egregiè firma sic & munivisse.

Quid memorem Jubilæa Evangelica ab Electore nostro piè instituta? quibus non modò Saxonia & universa Germania Evangelica, sed plurima etiam exotica & Christiana regna DEO pro sacrosancto ejus verbo devotè jubilaverunt. De quorum altero, eòq; priori, Reverendissimus Dominus D. Hoe in epistolâ suâ ad Electorem nostrum, ita loquitur: *Erwer Churfürstl. Gn. haben ungezweiffelt mit Ihrem Christlößlichem Exempel viel andern Potentaten vnd fürnehmte Evangelische Stände in vnd aufferhalb*
DES

des Römischen Reichs angereiset / das in unterschiedenen
 Königreichen / Chur und Fürstenthumben Landen und
 Herrschafften / die Evangelischen eben umb die zeit / Ihr
 Jubelfest auch ausgeschrieben und mit grosser Andacht ge-
 halten haben / dann so viel nun mit der zeit nachrichtung zu-
 kommen / so ist dergleichen geschehen / in den beyden König-
 reichen / Dännemarc und Schweden / dergleichen ist ge-
 schehen in der Chur-Pfals und Brandenburg etc.

*Quod ipsum etiam de posteriori Iubileo, quod hactenus
 DEO duce & Electore nostro autore, feliciter celebravimus,
 verè affirmari posse, inpropatulo est. Hoc posterius tamen
 insuper illud singulare & mirandum habet, quòd in medio per-
 secutionum estu contra horrendos Diaboli & Adversariorum
 fremitus, Elector constantissimus dulcia juba DEO O-
 mnipotenti instituerit. Hoc scilicet est, quod Propheta ait:
 Princeps ea quæ digna sunt principe cogitabit.*

*Quis porro ignorat; quàm seriò & sedulò superioribus
 annis Elector Serenissimus pro Evangelicis in Bohemia,
 Austria & Moravia Statibus de religione periclitantibus ad
 Cæs. Maj. intercesserit; Exules inde ad Serenitatem suam,
 velut sacram anchoram confugientes, exemplo Serenissimi
 Fratris CHRISTIANI II. paternè suscepit, foverit &
 promoverit. Eamq; singularem clementiam & plusquàm
 paternam Electoris curam cum primis nuperrimè experti sunt
 Augustani Cives Evangelici, quorum Ecclesias, quantope-
 re, laudatissimo MAURITII propatruis & AVGVSTI
 Avi sui exemplo, commendatas sibi habuerit, testatur abun-
 dè tergemina illa intercessio, qua justissimam illorum causam
 apud Cæsar. Maj. instanter, instantius, instantissimè egit,
 iuraq; ipsorum meridiano sole clariora fecit, atq; toti munda
 exposuit. DEUS supremus iudex educet tandem quasi*

lumen, justitiam ipsorum & judicium eorum tanquam
meridiem.

Quod si etiam ad utrumq; Lusatia Marchionatum,
nec non superioris atq; inferioris Silesia Ducatus, cum subje-
ctis Principatibus XIV, liberisq; Baronatibus IV, oculos fle-
ctamus; Omnes illi & singuli de præclaris circa religionem E-
vangelicam, in se extantibus meritis, quibus, post sedata etiam
bellorum incendia, Ipsis diploma suum, quod vocant Maje-
statis, atq; religionis exercitium felicissimè stabilivit, præclaræ
Electori nostro elogia suppeditabunt.

Hopffner. d. l.
in præf. p. 5.

in mandatis
supra citatis
de anno 602
& 609.

Quibus omnibus satis testatum fecit Serenissima I-
psius Celsitudo, quam jure meritoq; hætenus à quibusdam
pater Lutheranorum, ab aliis, Lutheranae religionis
clypeus & sospitator, denominata fuerit. Non sine causa
ergò de tam Christiano Fratre gratulatus sibi jam pridem
fuit Christianus II. Elector dū inquit: Et profectò summi
beneficii divini loco pia grataq; mète agnoscim9 & cele-
bramus, quod non modò Illustrissimi Principes, fratres
nostri charissimi, Dominus JOHANNES GEORGIUS &
Dominus AUGUSTUS, Duces Saxoniae, ita in religionis
negotio nobis per omnia sunt ὁμοψύχοι, ut de ipsorum
constantia subdubitare qui velit, is ipsam pietatem in-
dubium vocare videri possit. Sanè tantam Saxonici san-
guinis generositatem constantiam & sinceritatem in tanto
Principe Cutsenius Coloniensis Presbyter sibi fortè pera-
suadere non potuit, cum ante sexennium, præter propter, Sere-
niss. Ipsius Celsitudinis Christianam fidem & conscientiam
tentare & periclitari non erubesceret. Catholica sua, quam
scripsit & Serenitati Ipsius inscripsit, Saxoniam, scripto adu-
latorio simul ac nugatorio. Videas ibi lupum rapacem ovina &
vulpi-

vulpina pelle venientem, simulato laudis & gloriolae palpo Serenissimum Electorem permulcentem. Videas varia & hinc inde confarcinata persuasionis argumenta, quibus Electorem ad turpem apostasiam impellere satagit; quorum maximam partem detestatione religionis Evangelicae & pompa commendatione doctrinae Catholicae absolvit; plurima ab exemplis majorum Electoris & Ducum Saxoniae rapit; multa etiam de gloria & honore Electorem Serenissimum mansuro, si ad Pontificiam religionem redeat, inaniter inculcat; saepius etiam propriam Electoris salutem, ad quam consequendam religione Pontificia, tanquam unica ad caelum via, opus sit, futiliter urget; Denique viros etiam duces & doctores monstrat, quos Elector in religione sequi sibiq; adsciscere debeat; Augustinianos sc. Dominicanos & Franciscanos, & cum primis Jesuitas, quos ab eruditione, virtute, vita honestate, integritate, sanctitate, meritis erga Respublicas, in quibus fixerunt domicilium, mirifice deprædicat. O cæcos illos ductores & doctores! Videtis, Auditores, quomodo Diabolus, tanquam Leo rugiens, pios Principes circummeat, quarens, quem devoret.

At misericordis DEI beneficio, avitus & Christianus ille orthodoxæ religionis zelus in Serenissimo Electore nostro non tam Presbyteri hujus impostura deferbuit, quam toti mundo magis magisque innotuit, ut nullus dubitem, quin hominem tantæ temeritatis jam dudum pœnituerit, qui si taceret, philosophus mansisset; Cum jam nihil forte aliud tulerit, quam ut cum Paulo III. Pontifice, (qui his ipsis verbis de Carolo V. olim conquerabatur) inquam: accidisse sibi quod est apud Esaiam: Cum expectassem, ut ederet uvas, edidit labruscas. Quod non infestive anonymum quoddam scriptum, cui titulus: *Erleüterung des Buchs / von Freystellung*

Steid. lib. 20.
p. 568.

#p. 254.

in epist. ad D.
Hopffner. pra-
fixa Sax. Eb-
angel.

lung der religion &c. reddidit * his verbis: Wie er hette ge-
dachte er wolte gefischet haben/so hette er nur gefreßet. Sane
sic dignus fuit; Anne atrox injuria; attentare hominis inge-
nui candorē, fidem & conscientiam? Qua ergo vel animi
impotentia vel impudentia motus Presbyter, non erubuit pu-
blico scripto constantem tam Christiani Principis animum peri-
clitari, si ad Papismum inclinare posset? Imposterum ergo cau-
tius mercari discat. Cutsenius, & Saxonem nostrum talem
sibi cum suis complicibus imaginetur, qualem haectenus exper-
tus fuit, tota q; Illius Christiana gubernatio loquitur. Idemq; fa-
ciant alii, cujuscunq; generis aut genii fuerint, sectarii; Nullum
sibi ullus apud hunc Principem polliceatur locum; Ille in omnes
per aequē unam & eandem hanc pronunciat sententiam; Qui
non est mecum, est contra me, & qui non colligit mecū,
dispergit. Adeo Princeps noster, heros (ut Reverendiss. Dn.
D. Hoe loquitur*) totus Lutheranismus est. Sed
tempus jam monet, ut vela Orationis contraham. Ignoscant
mibi, ignoscant HEROVM Saxoniorum manes sanctissi-
mi ac beatissimi, quod heroicā ipsorum constantiā mentione
tam humili, brevi ac levi perstrinxerim; quorum singuli quicq;
singulares sibi & exquisitas vel Magni alicujus Tullii Oratio-
nes merito deposcant. Fateor ingenuo, tantam rem nō nostri in-
genii, non dicendi facultatis, nō deniq; nostrarum fuisse virium,
& si fuisset, vix tamen hujus tam exigui fuisset temporis, ubi
saltē propositum fuit, tanta & tot illustria Principum horū re-
ligiosissimorum praeconia digito monstrare, quae jam dudum vi-
gent in verissimis publicorum & per universum Orbē diffuso-
rum scriptorum monumentis, versantur in ore atq; celebritate
omnis Europa, vivunt in animis ac memoria piorum omnium;
deniq; extant & extabunt abivis locorum, atq; in hac ipsa ipso-
rum imprimis Saxonica Evangelica, illaq; purioris religionis
bona-

bonarumq; artium & parente & alumna *VVITTEBERGA*;
quamdiu erit hic Orbis Christianus. Sit igitur memoria
 Ipsorum in benedictionibus, Ossa Ipsorū locis ubi con-
 dita sunt perpetuò frondescāt, memoria Ipsorum in æ-
 ternum permaneat, hæreditatē sanctorum illorū Prin-
 cipum ad filios & posteros multis seculis propagata.

Ignoscat clementissimè, Serenissimus & Potentissimus
 Elector & Dominus noster, *IOHANNES GEORGIVS*, * *A. P. A. in dē*
 Princeps, (vel adversariorum * testimonio) æquissimus, cu- *scurs. de tur-*
 jus adhortationes (verba ipsorum sunt) suo fructu in emolli- *bat. Imperiō*
 endis concitatorum animis & pace recuperanda non concurrūt, *statu. pag. 49.*
 nec carituræ sunt; & pacis amantissimus, † cui propterea à sua- *† Dillingenses*
 vissimum Pacifici cognomen jure meritòq; debet & in omnē *tr. de Compos.*
 posteritatem tribuitur. Ignoscat, inquam, Celsissima ejus *pac. c. 12. q. 72o*
 Serenitas, tenuit at i mea, seruo indignissimo, qui de Domino *n. 147*
 meo, Ejusq; meritis in religionē Evangelicā augustissimis, tām
 exiliter & carptim dicere vel balbutire potius præsumserim.
 Quæ tamen omnia talia & tanta sunt, ut à nemine, nisi Maro-
 ne quodam describi, & (quod Alexander optabat) à Lysip- *Sleid. de f.*
 po quodam fingi & Apelle pingi mereantur. Sed inveniet *monarch, lib. 1o*
 aliquando Princeps noster, Homerum * aliquem, virtutis *p. 53.*
 suæ præconē; mihi in magnis voluisse sat est; sat est vovif- ** Alexander*
 se: Vivat, vivat constantissimus Elector noster, Lutherane *Achillem di-*
 religionis Clypeus & Sospirator noster, Det *DEVS* Sereni- *xit fortuna-*
 tati ejus domū tutā, exercitus fortes, consilia felicia, arma vi- *tum quod vir-*
 ctoriosa. Vivat & æternū cū Illustrissima stirpe vigeat; Et *tutis suæ Ho-*
 manebit *SAXONIA* habitaculum *ALTISSIMI.* *merum præ-*
rit. Sleid. d.
p. 53.

Ignoscant deniq; omnes & singuli, quotquot hoc in loco au-
 scultandi gratia præsentés adfuerunt & adsunt; Ignoscant, si
 eā, quam de tanto dicendi argumento sibi fortè promiserunt o-
 rationis suavitatē & tractationis gravitatē, frustratos se
 quodammodò sentiant; Ignoscant, iterum dico, benevolè, huma-

miter

miter & amicè mihi non Oratoris sed Narratoris partes agen-
ti. Omnibus & singulis ego vicissim pro tanto in auscultando
honoris favoris & amoris beneficio, gratias, quas mente possum
concipere maximas, ego & habeo; referam etiam, quocung, lo-
co & tempore pro ingenii, studii & obsequii mei tenuitate, id
ipsum licuerit.

Quod restat; Faxit DEUS, ut quemadmodum Saxonia
nostra gloriosum reformationis opus cepit, atq, hætenus ortho-
doxa religionis tenacissima fuit: Sic Eadem ejusdem custos &
assertrix fidelissima, constantissima sit, ad gloriosum usq, Chri-
sti Salvatoris adventum; Juxta illud B. Lutheri, de hoc pio

Hopffner. in
Sax. Evang.
sect. 1. part. 1.
c. 4. p. 56.
Sleid. lib. 3.
p. 63.

Saxonia zelo, ominantis vaticinium, dum inquit: Das Datt
vnd Watt wird vns noch Gottes Wort rein behalten.

Quod fiet, cum DEO, si, quod olim VVittebergenses Theologi
Fridericum Electorem rogabant & monebant: Ut hoc
præsentissimum DEI donum, quo præcipuè sit orna-
tus, propter excitaram in ipsius populo Evangelii lucè,
reverenter agnoscat; Nostri quoq, Serenissimi Principes
ac Domini Clementissimi, sibi (ut constanter faciunt) di-
ctum putent, atq, faciant.

Cui sancto atq, divino omini, illud tandem pro salutari
clausula adjiciam, quod olim piis & prudentibus quibusq, de
perpetuitate Domus Saxonix sanctum & notatu dignum
fuit habitum; Scilicet: Cùm à FERDINANDO I, Franco-
furti, & postea à MAXIMILIANO II, anno 1566 investitu-
ram Electoratus & ducatum AVGVSTVS Elector accipe-
ret, factum utraq, vice fuit, ut projecta, de more, * vexilla, o-
mnia fuerint discerpta, solo eo salvo & integro, quod du-
catus Saxonici insignia referebat; Unde prudentiores plu-
rimi, de perpetuitate Domus Saxonix, bene ominabantur.

* de quo &
Sleid. lib 20.
p. 577. & Hort-
led. tom 2. de
bel. G. lib 3.
c. 85. n. 11.
& Mame-
ranus de inve-
stitur. Elector
Mauritii, n.
pud Golaast.
pol. Imp. p.
dicite: 70.

Hoc igitur faustum omen ut ratum & firmum Deus ter
Opt: Max. esse jubeat; vos Auditores honoratissimi,
quor quot adestis, ardentibus votis & vocibus unitis, mecum
dicite: **Fiat, Fiat, Amen, Amen!**

H. Sax

ULB Halle
004 778 189

3



f

U 117





OR
291

H
ELEC
CON


FRID
&

MAU
CHR

Jubil

Leo X.
Interalia

Prostant



Kodak
LICENSED PRODUCT
3/Color Black

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue

Cyan

Green


Yellow

Red

Magenta

White

3/Color



Du
A
ONIAE
LIGIO=

ANNE
GO;

USTO
ANO II.

vitate,

ectorem:
illi semper fuit,

lis Selfischii.

